primi motus infidelitatis. ¶ Terio per iurando
ſcienter. ⁊ veritatem diuinam ꝑtinaciter contēnēdo.
et hoc etiā ſcd̄m theologos ⁊ etiā iuriſtas contigit
quatuor modis ⁊ in quolibet eoꝝ ꝑiuriū ꝯmittitur.
¶ Primo cū quis iurat ſcienter falſum ⁊ hoc ē ſem-
ꝑ pctm̄ mortale ſecus qui ignoranter hoc facit pu-
tans eſſe veꝝ qđ iurat. Et nō ſolū qui ꝑiurat ſꝫ etiā
ille q̄ diſponit plena volūtate iurare. etiā anteq̄ꝫ per-
iuret videt̄ eſſe ꝑiurus cenſendus. q2 deus nō iudi-
cat ex opibꝫ ſed ex cogitatiōibꝫ vt. xxij. q. vltima in
decreto. Sciendū tn̄ ꝙ ꝑiuriū ſolēnizatū ⁊ delibera-
tum eſt grauiſſimum pctm̄. Unde per tres digitos
quos ponit ſuꝑ ſanctos libros ſ̄catur ꝙ corpus ⁊
aiam ⁊ res ſiue famam ponit in poteſtate dyaboli.
Deliberatū aūt iuramentū ſed nō ſolēnizatū ſi tn̄ fu-
rioſe iuret ⁊ plene deliberet tūc ē pctm̄ mortale. Si
autē hoc facit vel fiat ſolo curſu verboꝝ non ſolēni-
zatū nec deliberatum eſt peccatū veniale. ¶ Scđo
modo dicitur periurium iuratio in diſcreta ſiue du-
bia. vt cum quis iurat de quo dubitat an ſit verum
⁊ hoc ſi fiat ex deliberatione ⁊ propoſito. ſic eſt pec-
catum mortale. ⁊ maxime qn̄ eſt ſolēnizatū. Si aūt
fiat incaute ⁊ iocoſa leuitate. ſic eſt pctm̄ veniale
¶ Tertio dicitur ꝑiuriū iuramenti tranſgreſſio aut
igitur iuramentum eſt illicitum vt cū quis iurat nō
dare elemoſinam. ⁊ ſic fit periurus ipſo facto. ⁊ pec-
cat non dando ⁊ iurando. ſed non peccat contra ve-

nſendo Quia ſm Iſidorum.22.q.4.Quod incau
te vouiſti non facias impia eſt em̄ ꝓmiſſio. q̄ ſcelere
ad implet.in malis ꝓmiſſis reſcinde fidē.⁊ in turpi
voto muta decretum Aut eſt licitum vt cū quis iu-
rat ꝙ nolit ludere ꝓ poculento vel eſtulēto.⁊ ſic ſem
per mortaliter peccat quotienſcūqȝ ludit Si autem
quis iurat elemoſinā dare.vel ieiunare.vel peregri-
nari.tunc ſi tranſgredit ex neceſſitate vel impotētia
a ꝑiurio excuſatur Si aūt ex voluntate ꝑiurus effi
citur extra de iureiurando.querelā. ¶ Quarto mō
dr ꝑiurium receptio iuramenti Qui em̄ iurat ⁊ ꝑiu
rare compellit.vterqȝ ꝑiurus eſt vt patet.22.q.5.ca
pitulo p̄mo.Qui compulſus.Cuius ratio eſt Qui
em̄ aliquem ꝯpellit ad iurandum ⁊ ſcit eum falſum
iurare.vincit homicidam.qr iſte occidit corpus.ille
aīam.ymmo duas aīas ſcȝ illius qui falſum iurat
⁊ ſuam ipſius qui recipit.Ut patet.xxij.q.v.capitu-
lo Qui exigit. ¶ Propter ſcd̄m ſciendum eſt ꝙ ad
hoc ꝙ aliquis poſſit licite exigere vel iuramentū re-
cipere.ꝯſiderandum eſt ꝙ exigens iuramentum aut
eſt perſona publica vtputa iudex.⁊ ille non peccat.
quia tenetur ex ordine iuris iuramentum recipere ſi
ue ſit verum ſiue falſum Aut eſt perſona priuata.⁊
tunc aut exigit ad obligationis confirmationem.⁊
hoc fit ſine peccato Aut ad veritatis ſubuerſionem
vt cum ſit eū falſum iurare.⁊ ſic mortaliter peccat.
Aut ad dubitationis remotionem.vt quando pro
re litigioſa iuratur.⁊ ſic nō peccat iuramentum exi-
gens cum ſit finis controuerſie.vt ſcribitur ad He
breos.vij.Poteſt etiam aliquis probare innocenti-

C

am ſuam iuramento ⁊ debet ſibi credi niſi contrari-
um poſſit per teſtes conuinci fide dignos. Ad hoc
autem ꝙ aliquis poſſit ſine omni peccato iurare ⁊ iu-
ramentū recipe. tria requirunt̄ ¶ Primo veritas ex
parte ꝯſcientie ¶ Scd̄o iuditiū. i. diſcretio ſiue de
liberatio ex pte rōnis ¶ Tertio iuſticia ex pte rei iu.
rande. i. ꝙ illud qd̄ iurat̄ ſit iuſtū ⁊ licitū Et p̄dicta
tria ſm Hieronimum dicūt̄ comites iuramēti quia
debent comitari quodlibet iuramētum licitum ꝑut
notauit idem Hieronim⁹ ſup Jeremiam et. 22. q. 2.
Aiaduertendū eſt ꝙ iuſiurandū habeat hos comi-
tes ꝟitatem iudiciū atq̧ iuſticiā Si autem iſta de-
fuerint: nequaq̧ iuramentū erit ſed piurium Item
qui falſum iurat mentit̄ Mentiēdo aūt iurare nihil
aliud eſt q̧ deierare. i. piurare ſiue piurium ꝯmitte
re. ¶ Propter terciū eſt ſciendū ꝙ ꝗlibet merito a p
iurio dꝫ retrahi ꝓpter tria mala q̄ ex piurio icurrim⁹
⁊ ſilr̄ ꝓpter tria bona q̄ ex piurio amittimus ¶ Pri
mū malū eſt penitentie auſteritas. qꝛ ſm canones p
piurio manifeſto ⁊ ſolēnizato: dꝫ īponi pnīa ſepten-
nis. vt ptꝫ de illo q̄ deierat. i. valde vel firmiter iurat
22. q. 5. vbi ſic habetur. Si q̄s ſe piurauerit ¶ Se
cundum malū eſt reatus imanitas. qꝛ ſm Hoſtieñ.
hoc crimē in penitētia ꝯparat̄ homicidio volūtario
immo ſm Auguſtinn. 22. q. 5. Qui cogit alium iu-
rare duplici ratione ſupius tacta vincit homicidaꝫ
¶ Tertiū malum eſt fame irrecuperabilitas. qꝛ piu
rus infamis efficitur. vt poſtea quantūcūq̧ penite
at: in teſtimonium nō admittitur. Extra de teſti. ca.
Teſtimonium. et ca. Sicut. Sunt etiam tria bona

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0036

que ꝑiurio amittimus. Amor nanq̄ veritatis tria bona facit quibus homo ex periurio denudatur.
¶ Primum bonū eſt ꝙ amor ⁊ ꝯſeruatio veritatis hoiem a ſeruitute liberat Unde ſcribit Johānis .8. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Si manſeritis in ſermone meo: vere diſcipuli mei eritiſ ⁊ cognoſcetis veritatē ⁊ veritas liberabit vos. gloſa. In preſenti veritas fidei liberat a ſeruitute culpe in quo inchoatur libertas vera Et in futuro a ſeruitute miſerie quando ipſa creatura liberabit a ſeruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. vt habet Roma. 8. Et tunc libertas perficietur. quia anima erit ſubiecta ſoli deo in quo conſiſtit eius libertas. Propter quod dicit Auguſtinus Uolūtas tua erit libera ſi fuerit pia Pia autem eſt ſeruitus dei: ⁊ corpus erit ſubiectum omnino anime per dotes glorie
¶ Scd̄m bonum eſt ꝙ conſeruatio veritatis ipſum hominem omnibus donis ⁊ virtutibus fecundat. Eccleſiaſtici. 24. Penetrabo omnes inferiores partes terre ⁊ illuminabo omnes ſperātes in domino ¶ Tertium bonum eſt ꝙ hominem de adeptione beatitudinis aſſecurat. Sapientie ſexto capit. Concupiſcentia ⁊ amor ſapientie perducit hominē ad regnum perpetuum. Sed hoc eſt notanter ſciendū ꝙ ex illo q̄d xp̄s d̄t Mathei. 5. Ego vobis dico nō iurare oino: q̄dā ſimplices ſumpſerūt occaſionē erroris ſic intelligētes ꝙ xp̄s ihibuerit oē iuramētū tāq̄ꝫ oino illicitū. ⁊ h̄ mlti heretici ſenſerūt ⁊ ſentiūt Sꝫ h̄ nō ē veꝝ q2 xp̄s in hoc ꝟbo nō ꝓhibet ſimplr iurare. ſꝫ ſolū ſine cā legittima ⁊ neceſſaria nō ſit iu-

randum. ꝛ hoc ad ꝑiurij periculum euitandum
¶ SECUNDO exponitur hoc de tranſgreſſi-
one voti ſub hoc ſenſu Non aſſumens nomē dei tui
in vanum votum ſcȝ deo factum tranſgrediēdo. qꝛ
ſcḋm Hugonem de ſacramentis libꝛo ſcḋo ꝑte ſe-
cunda capitulo quarto. ꝛ magiſtrum ſententiarum
in. 4. di. xxxviij. Uotum eſt teſtificatio quedam ꝓ-
miſſionis ſpontanee que ad ſolum deum ꝛ ad ea q̄
dei ſunt refertur. Ex hoc patet ꝙ tranſgreſſio voti
hoc pꝛecepto pꝛohibetur. Unde ad maioꝛem euidē-
tiam huius circa votum ſunt quatuoꝛ pꝛo pꝛeſenti
inquirenda. ¶ Pꝛimo quid ſit votum ꝛ quot requi-
runtur ad ipſum. ¶ Secundo vtrum votum licitū
ſemper obliget ad ſeruandum. ¶ Tertio vtrū poſt
votum ſimplex poſſit quis matrimonium contrahe-
re ¶ Quarto vtrum melius ſit facere aliquid ex vo-
to ꝗ ſine voto. Pꝛopter ꝓmum ſciendum eſt ꝙ vo-
tum nihil aliud eſt ꝗ ſpontanea pꝛomiſſio cū deli-
beratione vel obligatione firmata. Ex hoc patet ꝙ
ad votum tria requiruntur. ¶ Pꝛimum eſt pꝛopo-
ſitum voluntatis quod debet fieri ex animi liberta-
te. non autem ex coacta neceſſitate. Et ex hoc patet
ꝙ ſi quis cogatur metu cadente in conſtantem virū
ad aliquid vouendum. non tenetur exoluere. xxxiij.
q. v. notificaſti. ¶ Secundum eſt deliberatio vo-
luntatis quia ſi quis ſubito bonum aliquod conci-
piat. non obligatur ad ſeruandum ex voti neceſſita-
te. ſed ſolum ex quadam decentia ꝛ congruitate in-
quantum diuinis ꝛ bonis inſtinctibus non eſt reſi-
ſtendum. ¶ Tertium eſt ꝙ votum ſit de re bona.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0038

¶ Tertiũ eſt ꝙ votũ ſit de re bona. qꝛ ſi de re mala
non obligat. dicente Iſidoro. In male ꝓmiſſis re⸗
ſcinde fidem. ꝛ in turpi voto muta decretum. ꝛ po⸗
nitur. 22. q. 4. ¶ Propter ſcðm eſt ſciendũ ꝙ votũ
licitũ ſemꝑ obligat ad ſeruandũ ſi vouens ſit ſui iu
ris. qꝛ eius trãſgreſſio eſt pctm̃ mortale. exceptis q̄⸗
tuor caſibꝫ. ¶ Primus eſt. Si aliquis voueat ſub
ꝯditione. tũc em̃ non exiſtẽte ꝯditione. nõ tenet̃ exol
uere votum. puta ſi aliquis vouit btẽ ꝟgini ieiunare
vt ſanet̃. talis nõ tenet̃ ad ſolutionẽ ſi nõ ſanat̃ ĩfra
tempꝰ prefixum. ¶ Scðs ſi accedit diſpẽſatio eiꝰ
q̄ ꝑt q̄ tñ nũq̄ꝫ debet fieri in voto niſi in eque bonum
vel in melius ꝯmutet̃. Cuius grã queri pt. Utꝝ pa
pa in voto ꝯtinẽtie ſolẽnizato poſſit diſpẽſare. Ad
qð cõiter reſpondent Hugo. Iohãnes. Hoſtiẽſis
ꝛ Innocẽtius ꝙ ſic. qꝛ in omni voto ſicut in omni
iuramento intelligit̃ excepta poteſtas Pape idõ hoc
dicitur poſſe de plenitudine ptãtꝫ. ꝛ maxime ſi cõis
vtilitas regni vel ꝓuincie hoc expoſcat Sed alber⸗
tus ſuꝑ q̃rto ſententiaꝝ dr̃ ꝙ votũ ꝯtinentie ſolẽni⸗
zatum nullo modo recipit diſpenſationẽ qꝛ hoc per
nihil melius ꝛ dignius poterit ꝯpenſari cum nõ ſit
digna ponderatio aĩe ꝯtinentis. vt ſcribit̃ Eccleſia
ſtici. 26. Et extra de ſta. mo. ca. Cũ ad monaſteriuꝫ
in fine ſic habetur Cuſtodia caſtitatis adeo ꝯnexa
eſt regule monachali vt ꝯtra eã nec ſummus ponti⸗
fex poſſit licentiam indulgere Innocẽ. 3. Unñ iuxta
ſententiã magnoꝝ doctoꝝ Papa in voto continen
tie diſpenſare non põt. Nec valet illud quod dr̃ de
vtilitate regni vel ꝓuintie. qꝛ ſecundũ Auguſtinum

Nō ſunt facienda mala vt eueniant quecunq; bo
na. Unde conſilio beati Mathei. Effigenia virgo
deo dicata. noluit nubere regi hirtaco cum tamen ſe
cum omni populo promitteret fieri chriſtianum. nec
Matheus apl's ad hoc ꝯſentire voluit ſed pro eo
potius mortem ſuſtinuit Et hanc opinionē ſine p̄
iuditio reputo meliorē ⁊ tutiorem. Caſtitas ſola eſt
que p̄t cum fiducia deo aīas p̄ntare In autēti. De
lenonib᷒. ꝑagra. Sancim⁹ Col. 3. Qui tñ oppoſitū
vellet: diceret tali modo. q2 ſi nō p̄t. aut hoc ē q2 vo
tū. aut q2 ſolēne. ſ3 nō q2 votū: q2 tūc nō poſſet in a-
liq̄ voto diſpēſare. qḋ eſt falſum. nec q2 ſolēne q2 ſo
lēnitas eſt ab eccl'ia. ⁊ iō ſuꝑ eā p̄t Papa. Un̄ dico
ꝙ p̄t Papa ꝓpter bonū cōe Et qḋ d2 ꝙ nō ē digna
ponderatio aīe ꝯtinētis. ibi ꝯtinētia nō ſimpl'r capit
ꝑ caſtitate. ſed ꝑ ꝯnexu ꝟtutū q̄ reſtringit oīa illicita
Et etiā ꝙ Mathe⁹ nō diſpēſauit. hoc erat q2 non
videbat expedire. vel q2 nō ꝑtinebat ad eum cū eſſet
Ep̄s ⁊ nō Pontifex ſumm⁹. nec diſpēſat᷑ vt fiat ma
lū ꝓpt᷑ bonū: ſ3 ne min⁹ bonū amittat᷑. qḋ ſc3 eſt bo-
nū cōe. ¶ Terti⁹ caſus ē. ſi ipotētia ⁊ īpoſſibilitas
accidat Naz q̄cq̄d votū fiendū ipediret ſi p̄ns eſſet
hoc ip̄m ſuꝑueniens voto facto aufert obligationē3
Unde ſi aliquid poſſibile dū voueret poſtea fiat i-
poſſibile: tollitur obligatio quantū ad hoc. puta ſi
aliquis diues vouerit edificare eccl'ia3 ⁊ poſtea pau
pertate ſuꝑueniente eā ꝑficere non poſſit nō obliga
tur. ſed tñ ſic intelligendo ſi factus eſt impotens to
taliter. abſolutus eſt a toto Si autē impotens ſit in
parte ita ꝙ totū ꝑficere non poſſit. tūc ſolū remanet

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0040

obligatus ad illud qđ p̄t ⁊ non ad aliud ¶ Quartus caſus ē. ſi voueñs nō ſit ſui iuris Cū em̄ votū ſit ſpontanea ꝓmiſſio melioris boni cū aīo deliberatiōe firmata vt viſum eſt. patet ꝙ ille ſolū vouere poteſt ⁊ ꝑ ꝯñs ꝑ votum ſuum obligat̄ qui ſui iuris exiſtit. ſcđa ſcđe. q. 88. Et ideo quicūqꝫ ſubeſt volūtati aliene. nō poteſt vouere id qđ ipm̄ a debito ſubiectionis impediat Tho. ar. 8. in ſolu. p̄mi argumēti. Vñ ſeruus qui ſubeſt dño nō p̄t q̄cq̄ꝫ vouere qđ ipm̄ a ſeruitio dn̄i ipediat. in ſolu. ſcđi ar. Vir aūt q̄ ſubeſt mulieri quo ad redditionez debiti. ⁊ mulier econuerſo non p̄t vouere ꝯtinentiā ſine licentia coniugis Nec etiā peregrinationes longas. excepto voto terre ſancte. 33. q. 5. Si dicat. Licet abſtinentiā ⁊ ſimilia vir poſſet vouere ſine licētia vxoris Mulier aūt que ſubeſt viro in oib; nihil poteſt vouere ſine licentia viri. nec etiam monachus ſine licētia p̄lati Thomas vbi ſupra. Cū nullum tempus exceptū ſit. in quo non poſſit prelatus ſubditum circa aliquid occupare. ideo nullū votū religioſi firmum eſt. niſi de ꝯſenſu p̄lati. q: religioſus nō ē ſue p̄tātis. 28. q. 4. Monachus. Similiter epiſcopus q̄ ſubeſt Pape in his q̄ ad epiſcopatū ꝑtinēt non poteſt vouere peregrinationes longas. nec etiam religionē intrare ſine conſenſu Pape. extra de vo. ⁊ vo. redempt; Magne deuotionis. Abſtinentiam autē ⁊ elemoſinam ⁊ ſimilia huius poteſt vouere per que nō retrahit̄ ab adminiſtratione ſibi ꝯmiſſa. Clericus aūt ſecularis quia ſubeſt epiſcopo quantū ad bñficiū. ideo nihil p̄t vouere qđ ipſum retrahat a ſeruitio bñficij. licet

alia vouere poſſet in quib⁊ ſuis iuris exiſtit. Filius
familias. qꝛ ſubeſt patri. in his q̄ ad regimē domus
ꝑtinent. ideo circa talia nihil vouere poteſt ſine p̄re
Sed religionē intrat. ⁊ alia in quib⁊ patri non ſub-
eſt. ſine licentia eius vouere p̄t. Et hoc notant San
fridus ⁊ Hoſtienſis. C. Sed cum mulier nihil vo-
uere poſſit ſine conſenſu viri. merito queritur vtruꝫ
peccat votum aliquod emittendo ſine ꝯſenſu mari
ti? Ad hoc dōm eſt ꝙ nō. niſi hoc faciat temerarie
ſcōa ſcōe. q. 88. Licet em̄ votum vxoris ⁊ omniū
hmōi qui non ſunt ſui iuris. non ſit firmū ſine cōſen
ſu eoꝝ q̄b⁊ ſubijciunt᷑: nō tn̄ peccāt vouendo abſolu
te loquendo. in ſolutiōe ſcōi articuli. qꝛ in eoꝝ voto
intelligit᷑ debita cōditio. ſ. ſi ſuis ſuꝑiorib⁊ placuerit
vel niſi expreſſe renitant᷑. in talib⁊ em̄ ſufficit tacitus
conſenſus ſm̄ Innocentium. puta ſi ſuꝑior ſciat ⁊
non ꝯtradicat. 20. q. 2. Si in qualibet. Sciendū tn̄
ꝙ licet vxor non poſſit aliq̄d vouere ſine ꝯſenſu vi-
ri. ſi tn̄ faciat nō debet ꝯtravenire autoritate ꝓpria.
ſed vir eius poteſt irritare etiam ſi vouit anteq̄ʒ mrī
moniū ſit ꝯtractum dum mō non fuerit adimpletuꝫ
immo etiā q̄d plus eſt ſi mulier de ꝯſenſu viri voue
at abſtinentiam. peregrinationem. ⁊ hmōi. ⁊ poſtea
vir eius executionem ꝓhibet ei: debet obedire viro
⁊ non peccat viro obediēdo licꝫ vir eius peccet illō
quod conſenſerat retractando vel etiam prohiben-
do. 33. q. 5. c. Noluit. In hoc tamē diſtinguendum
eſt quia aut dedit licentiam in facie eccleſie ⁊ quaſi
in iuditio. ⁊ tūc ſm̄ Petrum nō poteſt reuocare Aut
dedit in ꝑuato. ⁊ tūc an̄ vſum licētie poteſt reuocare

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0042

ſed poſtea nō poteſt. Unde Thomas ⁊ etiam Albertus dicūt ꝙ ſi vir licentiam ꝯiugi dederit de caſtitate vouenda non poteſt eam poſt votū emiſſum reuocare Sed intellige ꝙ hoc non pt̄ ſine pctō Sed ſi vir ſolū diſſimilet. ⁊ poſt plenā deliberationem reuocare velit. poteſt. ⁊ mulier tenet̄ ei obedire Cuiꝰ cauſam videtur dare Innocentius dicens. Qui dat licentiam vouendi non ꝓpter hoc impeditur exigere debitum niſi ⁊ ipē ſimiliter voueat. Illa tñ que vouit impeditur ab exigendo ⁊ non a reddendo Sed forte dices Nunquid vir peccat irritando votū vxoris qḋ ſine ꝯſenſu ſuo emiſerat. Dicendum ꝙ non. qꝛ vtitur ſuo iure diuinitus ſibi conceſſo. ⁊ etiam a canone ſibi indulto. ¶ Propter tertium ſcꝫ vtrum poſt votum ſimplex continentie. poſſit aliquis contrahere matrimonium. ſunt tria videnda. ¶ Nam primo oſtendēdum eſt ꝙ mortaliter peccat qui poſt votum ſimplex cōtrahit matrimonium. tum quia facit ꝯtra preceptum diuinū quo dicitur vouete ⁊ reddite. tum qꝛ in foro conſcientie ⁊ apud deū tm̄ obligat ſm doctores votū ſimplex quātū ſolēne Extra. Qui clerici vel vouentes poſſunt matrimonium cōtrahere. ca. Rurſus. Celeſtinꝰ. iiiꝰ. Quidam Ex quo euidenter ptꝫ q̄ꝫ ꝓphane aliqui ꝯſulunt ⁊ licenciant ꝑſonas contrahere matrimonium poſt votuꝫ ſimplex emiſſum ꝯtinentie qui peccant tripliciter

¶ Primo quia ſuo ꝯſilio hoīes ad pctm̄ infidelitatis impellūt Nā tranſgreſſio voti ſicut ⁊ iuramenti videtur quedam abnegatio diuine veritatis Et iō q̄ poſt idolatriā pctm̄ ꝑiurij ⁊ trāſgreſſio voti videt̄ ſe

cundum locū tenere in grauitate pcti.ꝓpter qđ etiaꝫ
vtrūqꝫ ꝓhibet in ſcđo ꝑcepto qđ imediate ſe hꝫ ad
ꝑmū. ¶ Scđo peccāt qꝛ ꝑſonā illā maximo expo-
nunt ꝑiculo. cū ſm certiorem opinionē nunqꝫ poſſit
debitū petere ſine peccato ¶ Tertio qꝛ dignitatem
angelicam homini adimūt. qđ ptꝫ. qꝛ ꝑ ꝯtinentiam
homo puritati angelice ꝯformatur. imo etiaꝫ ꝑ eam
dignitatem ſuꝑgredit āgelicā. qꝛ ſcđm Hieronimū
Cōtinentiā in carne corruptibili ſeruare ē dignius ꝛ
excellentius ꝛ maioris meriti qꝫ eā ꝑ naturā habe-
re. ¶ Scđo videndū eſt cū ille q̄ poſt votū ſimplex
ꝯtinētie poſtea iurat ſe cū aliqua ꝯtrahere vtꝝ plus
debeat ſeruare votū qꝫ iuramentum. Dicendum ꝙ
votū ſeruandū eſt. etiā ſi poſtea iurauit vxorē duce-
re. ꝛ ꝓ temerario iuramento penitentiā agat. Licet
Hoſtiēſis in caſu ꝯtrario (vt cū ꝑmo iurauit vxorē
ducere ꝛ poſtea votū ꝯtinentie emiſit) dicat magis
ſeruandū eſſe iuramentū qꝫ votū. ¶ Tertio viden-
dum eſt an votū ſit magis voluntariū qꝫ iuramentū
Et dꝛ ꝙ ſic. Nam obligatio voti cauſat ex fidelitate
quā deo debemus ex qua tenemur vt verificemus
qđ ꝑ votū ei ꝓmiſimus. Dis aūt infelitas eſt irreue-
rentia ꝛ nō econuerſo. qꝛ infidelitas videt eſſe maxi-
ma irreuerentia. q̄re cū infidelitas importet maximā
irreuerentiā: maior videt eē obligatio voti qꝫ iuramē-
ti. ſi attēdamus ad ꝓpriā rōem obligatiōis vtriuſqꝫ.
Qđ aūt Hoſtiēſis dt vtrūqꝫ eē eiuſdem firmitatis
hoc poteſt verificari quantū ad idētitatē obiecti. qꝛ
vtrūqꝫ obligat ipi deo Sꝫ quātū ad rōem obligan-
di. maior videtur eſſe obligatio voti vt dictum eſt

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0044

¶ Propter quartum ſciendū eſt ꝙ multo melius eſt
facere aliquid ex voto q̄ꝫ ſine voto. qđ patet ex tribꝫ
¶ Primo q2 vouere eſt actus latrie que eſt nobilior
virtus Conſtat aūt ꝙ actus q̄ a ꝑfectiori v̄tute pro
cedit vel elicit̄ eſt nobilior. quare ꝛc̄. ¶ Scđo quia
ſm Anſelmū libro de ſimilitudinibꝫ Perfectius eſt
dare arborē cum fructu. q̄ꝫ fructū ſine arbore. ſꝫ cō=
ſtat ꝙ bona voluntas eſt quaſi arbor fecunda. act⁹
autē ꝯtinentie eſt quidam fructus bone voluntatis
cum igit̄ qui continet ſine voto det ſolum fructū qui
aūt ex voto continet etiā ipſam voluntatem bonā cū
omni fructu ex ea veniente deo perpetuo dedicat.
patet ꝙ multo melius eſt continere ex voto q̄ꝫ ſine
voto. Nec valet inſtantia ſi dicatur ꝙ continens ſi=
ne voto libere continet. qui autem ex voto continet.
ex neceſſitate continet. Melius autem videtur ali=
quid fieri ex libertate q̄ꝫ ex neceſſitate. quare ꝛc̄.
Ad hoc reſpondit Anſelmus libro ſecundo. Cur
deus homo. ꝙ felix eſt neceſſitas que hominem ad
meliora compellit. conſtat aūt ꝙ neceſſitas que naſ=
citur ex voto procedit ex libera voluntate qua ho=
mo ſpontanee ſe deo per votum obligat. quare ꝛ ce
tera. ¶ Tertio hoc idem patet quia per votum vo
luntas immobiliter firmatur in bono. facere autem
aliq̄d ex volūtate mag⁹ firmata ad bonū. h̄ ē ꝑfecti⁹
q2 ꝑtinet ad ꝑfectōē v̄tutiſ. vt ꝑꝫ. 2. ethicoꝝ. q̄re ꝛc̄

TERTIO EXPONITUR DE
tranſgreſſione verbi maledicti ſic Non aſſu=
mes nomē dei tui in vanum in verbo ſcilicet
maledicto. Et ſic contingit quatuor modis peccare

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0045

¶ Primo non maledices deo ſicut luſores faciunt
cū non pſperant in ludo taxilloꝝ qui culpā dyaboli
eam retorquēt in diuinā innocentiam ꝛ deo maledi
cunt. qđ etiam horrendū eſt audire. Hoꝝ vicioꝝ ꝑ
ticipes ſunt qui talibꝫ ꝯuiciantibꝫ hoſpicia ꝯcedūt
Et qui veſtimēta illoꝝ deluſa diuidūt. vł q̄ cū ipis
familiariter viuūt vel ab ipis ſortem lucri recipiunt
¶ Scđo non maledices alicui ſcō. ꝛ ſpecialiter be
ate virgini ꝑut faciunt iudei blaſphemi. Tales non
poſſunt abſolui niſi ab epiſcopo vel eius penitētia
rio. ꝛ maxima dꝫ eis penitentia īponi. ꝑut dicit ex
tra de maledicis. li. 6. Statuimꝰ. Ubi plura inue
uenies de hoc in textu ꝛ in gloſa. ¶ Tertō non ma
ledices dei verbo. ipm ſcꝫ ſubſannando. vel etiā p̄
dicatōem impediēdo. Cōtra qđ faciūt q̄ verba p̄di
catoris derident. vel ad ipm impediendū clamores
vel riſus et alias trufas exercent. ¶ Quarto non
maledices diuine voluntati. vt faciunt illi qui ma
ledicunt aure pluuiali vel eoꝝ infirmitati ſeu etiam
rerum perditioni ꝓpter que multi maledicut deo vel
etiam ſibiipſis Exemplum de clerico ꝑ quatuor an
nos infirmante dicente deo. tu accepiſti mihi corpꝰ
ꝛ ego auferam tibi animam Dyabole veni. ꝛ aīam
meam accipe. qđ diuino iudicio factum fuit Notan
dum tamen ꝙ maledictio qn̄qꝫ ꝓcedit ex voto vltio
nis ꝛ odio ꝑſequētis. ꝛ hoc ꝓhibetꝛ qꝛ eſt pctm̄ mor
tale. qn̄qꝫ etiam ꝓcedit ex amore iuſticie. ꝛ hoc con
ceditur. nec eſt peccatū cū etiā ſancti ea vſi ſunt. qđ
patet. 24. q. 3. Cum ſancti. ¶ Inſuper eſt ſciendū
ꝙ iſtud preceptum tripliciter violatur a multis chri

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0046

ſtianis. videlicet corde. ore. ꝛ opere. Corde quidem
ſicut illi qui ſolo nomine chriſtiani vocantur rem ꝛ
veritatē nois abnegantes. qꝛ licet ſacramentū bap-
tiſmi receperint. re tamē ſacramenti. id eſt gratia ca-
rent Ore vero ſcilicet mala iuratiōe voti tranſgreſ-
ſione. verbi dei deriſione. p̄dicatione que fit mala. ꝛ
vana intentione. ꝛ etiaꝫ indeuota oratione De quo
dicitur Iſaie. 29. Populus hic labijs me honorat
cor. ꝛc̄. Opere vero ſicut hypocrite qui nomen dei
in vanū aſſumunt in ſimulatione operis exterioris.
ꝛ non in pietate cordis Bene nāqꝫ illud in vanum
recipiunt qui vanā gloriā appetentes mercedē ſuaꝫ
receperunt Ex premiſſis diligenter ꝯſiderāti patet
qualiter quis de iſto p̄cepto debeat confiteri.

Ertium preceptum eſt Memento vt diem
ſabbati ſanctifices. Hoc preceptū refertur
ad ſpūſſancti gr̄am ſiue bonitatē ſicut ſcd̄ꝫ
ad filij veritatē. ꝛ p̄mū ad patris poteſtateꝫ Docet
aūt hoiem ꝑ affectū deuotionis totalit̄ hac die q̄eſ-
cere. ita ꝙ ſi hō q̄cqꝫ in orōibꝫ vel bonis oꝑibꝫ ꝑ to-
tā ſeptimanā neglexerit. hoc recuperet iſto die Vn̄ ad
euidentiā huꝯ p̄cepti primo q̄rit̄ quare homini fuit
datuꝫ Ad qd̄ dr̄m eſt ꝙ huius triplex eſt rō lr̄alis
¶ Prima eſt diuini cultus vacatio. vt hō iſto die
ſimpliciter deuotioni ſtudeat. Et quicq̄d boni alio
die neglexerit. hoc iſto die potiſſime reſtauraret
¶ Secunda ratio fuit auaritie reſtrictio. Unde nō
tantum ab operibus mechanicis. ſꝫ ꝛ a mercaturis
iſto die abſtinere debemꝯ ¶ Tertia fuit diuine om-
nipotentie maioꝛ recordatio. quia ſicut deus requie-

datio. q2 ſicut deus requieuit die ſeptimo ab oibꝫ oꝑi
bus ⁊ rebus quas fecerat in obſequiū hoīs. ita hō
debet qeſcere ab omni oꝑe exteriori. vt vacz diuine
laudi. deo ſcz laudes referēdo ꝓ creatōis beneficio.
q2 deus oia in ſui obſequiū ⁊ ſubſidiū ꝓduxit Eſt
etiā hui9 p̄cepti triplex rō miſtica ¶ Prima eſt alle
gorica ſcz ꝙ ſabbatū ſ̄cat requiem corꝑis xp̄i in ſe-
pulchro ⁊ etiā ꝯſolationē aiaꝝ in limbo q̄ ꝑ pn̄tiam
aie xp̄i facta fuit ¶ Scđa rō eſt tropologica. q2 ſab
batū ſ̄cat requiem aiaꝝ in deo ꝑ deuotōis affectū ⁊ ꝑ
ꝯtēplatōis exercitiū. ¶ Tertia rō eſt anagogica q2
ſ̄cat qetem aiaꝝ in celo ad quā ꝑ preſentē vacatōez
mētis in deo ſperamus ꝑuenire. ¶ Scđo q̄rit q̄re
dies ſabbati fuerit tranſlata in dn̄icam. Ad qđ di-
cendū eſt ꝙ hoc fuit factū ſiliter triplici rōe ¶ Pria
ob memoriā beneficij incarnatōis. q2 ſic9 die dn̄ico
mūdus fuit creat9. ita eodē die ꝑ incarnatōis miſte
riū recreat9 eſt Et hoc bn̄ficiū digniſſimū in memo
ria iugiter eſt habendū Quia ꝑ hoc nobis de9 ſum
mā charitatē exhibuit. dicēte aplo Propter nimiā
charitatem qua deus dilexit nos. miſit de9 filiū ſuū
vnigenitum ⁊c̄. Ex maxima em̄ charitate ꝓceſſit ꝙ
ideo verbum eternū hō fieri voluit vt te deificaret. ⁊
vt hoiem abiectū ineffabiliter exaltaret ⁊ vt hoiem
mendicum theſauro diuinitatis locupletaret. Et vt
iſta in nobis efficeret. lumē diuine claritatis abſcon
dere voluit ſub velamine noſtre mortalitatis ⁊ potē
tiam diuine maieſtatis ſub velamine humane infir-
mitatis ¶ Scđa ratio eſt ꝓpter memoriam bn̄ficij
noſtre redemptōis. Nā xp̄s illa die naturā humanā

de vinculis captiuitatis eripuit In quibus fere per
quinqꝫ milia ānoꝝ fuerat mirabiliter captiuata. ⁊ de
carcere tenebraꝝ eduxit. qꝛ licꝫ aie in limbo non ha
berēt penā ſenſus. habebāt tñ penaꝫ dāni. cū ꝓuate
erāt viſione diuina Ad quā illa die ꝑ ſibi diuini pͥ-
ſentiam feliciter admittebātur Eadem etiā die dya-
bolū alligauit eius potentiam adimendo. q̄ quidem
bñficia merito debent in memoriā retineri ⁊ iugit re
coli cū grāꝝ actōne Ad qđ mouemur exēplo Iſaie
dicentis Miſerationum dñi recordabor. ❡ Ter-
tio propter memoriam beneficij reſurrectionis que
fuit cauſa ⁊ exemplar noſtre reſurrectionis Nam il-
la die tria beneficia nobis contulit. ❡ Primum
quia mortem deſtruxit ⁊ eam in ſeipſo occiſus occi-
dit Nam ſm Auguſtinum dignum erat vt quia dy
abolus xp̄m innocentem peremit. poteſtatem per-
deret in eos quos ſua calliditate vinctos detinebat
❡ Sciendum eſt quia quando reſurrexit naturaꝫ
humanam veſte immortalitatis induit cum immor
talis ⁊ impaſſibilis reſurrexit ❡ Tertium quia timo
rem mortis a nobis abſtulit. quando per reſurrecti-
onem ſuam nos de beatitudine eterna aſſecurauit.
cum certum ſit ꝙ membra ſequi debeant vbi caput
ſuum preceſſit. Et ideo dicit Leo Papa ꝙ hec di-
es tantis diuinarum diſpenſationum eſt miſterijs
conſecrata. vt quicquid inſigne eſt a deo conſtitu-
tum in terris. in huius diei dignitatē ſit geſtū vt pa
tet in ſpūſſancti miſſione. in epiſcopoꝝ ꝯſecratione
⁊ in ſancti moniali velatōe ⁊ hmōi Specialis tamē
ratio fuit tranſlatōnis ne videremur iudaizare diens

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0049

ſabbati more iudeoꝝ obſeruando ¶ Sed eſt ſci-
endum ꝙ iſtud preceptum poteſt tripliciter accipi.
¶ Primo generaliter vt ceſſemus a vicijs ¶ Se-
cundo ſpecialiter. vt ceſſemus ab operibꝫ corporali-
bus ⁊ actibus mechanicis per que mēs impeditur
ne libere poſſit deo vacare. ¶ Tertio ſpecialiſſime
vt contingit in viris contemplatiuis qui ab omni-
bus occupationibus mundanis ſe abſtinent vt to-
taliter deo vacent. ¶ Prima vacatio eſt ad ſalu-
tem neceſſaria. ¶ Secunda eſt debita. quia conue-
nit obedientie diuini precepti. ¶ Tertia eſt perfe-
cta. quia ſolum conuenit perfectioni ſtatus contem-
platiuorum qui ſibi ⁊ omnibus mundialibus mor-
tui. ſoli deo vacant Et iuxta predictam diſtinctionē
iſtud preceptum tripliciter exponitur. ¶ Primo ſic
Memento vt diem ſabbati ſanctifices. id eſt ſum-
mo ſtudio illam diem honores nihil ſcꝫ corporalis
operis in ea faciendo quod poſſit impedire quietem
mentis in deo. ⁊ ſecundum hunc intellectum iſtud
preceptum contingit tranſgredi quattuor modis.
¶ Primo manualiter operando ¶ Secūdo mer-
cationibꝫ intendendo. Tertio placita ſecularia fre-
quentando. ¶ Quarto actum iudiciarium exercen-
do. quia ius ſtatuit vt illo die ſtrepitus iudiciarius
conquieſcat. C. de ferijs li. 3. L. Omnes dies iube-
mus eſſe iuridicos Imper. val. Item ibidem imp.
Leo. L. dies feſtos. Poteſt tamen vt dicit Guiller-
mus in gloſa. vel pro pace tractanda. vel confirmā-
da licite iuramentum preſtari Ex quo patet. ꝙ qui-
cunqꝫ ſabbatum violat mortaliter peccat. Excuſat

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0050

tamen quis a peccato mortali quattuor modis: ¶ Primo qdem ꝓpter laboris vel oꝑis modicitatē puta ſi labor ſit tā modicus ꝙ qetē mētis in deo nō poſſit ipedire Et hoc inuit i glo. Exo. ʒi. ſuꝑ illo ꝟbo Quicūq̃ polluerit ſabbatū. gloſa. turbādo qetē aīe: morte moriat. ſ. aīe ꝛ corꝑis Ex quo ptʒ ꝙ ſolū ille labor q turbat quietē ꝛ ſpūs libertatē cauſat peccatū mortale ¶ Scdo ꝓpter laboris nccitatē q̄ tāta debet eē vt labor oꝑis ſine rei ꝑiculo nō poſſet ꝓueniri nec differri ſicut ꝯtingit in meſſib ꝓpt incurſuz hoſtiū. ꝛ in vindemiꝭs ꝓpter frigus. ꝛ in captura allecū q̄ ſolū fit tꝑe determinato In talib em̄ excuſat neceſſitas que legem nō hʒ: vt ptʒ extra de cōſuetudine. ca. 4. Quanta aūt ſit nccitas vel etiā laboris quātitas que a pctis excuſat. ad arbitrium boni viri iudicandū eſt Vn̄ dt Guillermus in glo. ꝙ viatores minutores. ꝛ ferratores equoꝝ ſi talia faciūt nō ꝓpter queſtum proprium. ſed propter neceſſitatē aliorū: excuſant a pctō aliter non ¶ Tertio propter cordis pietatē. qꝛ bene licet arare in ſabbato ꝓpter deum ꝛ agrū pauꝑis ꝓpter deū ſeminare vel ducere religioſis ligna ꝛ aliꝭ miſerabilib ꝑſonis ¶ Quarto ꝓpter publicam vtilitatē. puta laborare ꝑ ponte vel via ſeu etiā eccleſia reparanda. dummodo hoc gratis fiat. ¶ Sed hic incidit dubitatio. Cum em̄ obſeruatio ſabbati ſit de precepto diuino. diuinum autem preceptum ſit maius q̄ꝫ humanum. videtur dubitabile. quomodo eccleſia que vtitur poteſtate humana poterit diſpenſare in caſibus predictis ſuper tranſgreſſione precepti diuini. Ad quod dicens

D

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0051

dum eſt ꝙ eccleſia bene videt diſpenſare in ꝓdicto
duplici rōe ¶ Primo qꝛ eccleſia nō tm̄ vtit poteſta
te hūana vt rō ſupponit. ſed etiam poteſtate diuina
ideo eadem poteſtate diſpēſat eccľia ī ꝑcepto diuio
qua deus ipam condidit. Ex hoc pꝫ ꝙ q̄cunqꝫ po-
teſtatem vľ claues eccľie ꝯtemnit: dei poteſtatē ꝯtē-
nit Luce decimo. Qui vos ſpernit me ſpernit.
¶ Scdo qꝛ diſpenſatio vel ſumit ꝓ mandati rela-
xatione. ꝛ ſic verꝫ eſt ꝙ eccľia vľ minoꝛ poteſtas nō
pōt diſpēſare in mandato ſuperioꝛis. vel ſumit pro
mandati interpretatione. puta declarando ī quo ca-
ſu ſm intentionem legiſlatoꝛis mandatum obliget
ad ſui obſeruantiam. ꝛ in quo caſu non Et hoc mo
do eccleſia poteſt diſpenſare in precepto diuino.

¶ SECUNDO exponitur ſic. ſabbata ſancti-
fices. id eſt ſummo ſtudio illo die precipue peccata
moꝛtalia caueas nihil in eo facinoꝛis cōmittēdo. qꝛ
multo peius eſt peccare vľ delinquere in tali die ſcā
q̄ꝫ in alia Vn̄ narrat btūs Gregoriꝰ in libro tertio
dyalogoꝝ. ꝙ q̄dā legittima a viro ſuo cognita cū ſe
ꝓceſſioni iūgeret a Dyabolo rapit. ꝛ multum ab eo
vexat Et ſi hoc fit in ꝑſonis legittimis. quāta pena
erit plectendꝰ illegittimꝰ ꝯcubitꝰ. Vn̄ dt Augꝰ in
libro de decē coꝛdis Dico tibi ꝙ ſpūaliter obſerues
ſabbatum nō q̄uo iudei obſeruāt Coꝛꝑali em̄ ocio
vacare volūt ad nugas ꝛ luxurias ſuas. multo aūt
meliꝰ facerēt ſi in agro ſuo aliq̄d vtile die ſabbati ſe
minarent. q̄ꝫ ꝙ in theatro ꝛ ſeditionibꝫ inſiſterent ꝛ
meliꝰ femīe eoꝝ lanas in ſabbato filarent. q̄ꝫ ꝙ tota

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0052

die in choꝛeã impudice ſaltarēt Vñ Seneca deri-
ſit ſabbata iudeoꝝ dicens eos ꝑdere ſeptimam par
tem vite ſue Vñ in talibꝫ impletur illud Trenoꝛum
p̄mo Viderūt eaȝ hoſtes ⁊ deriſerūt ſabbata eius
⁊ hoc rationabiliter Cū em̄ p̄ncipalis intētio legiſ-
latoꝛis ſit ꝓpter hoc nos abſtinere a coꝛꝑalibꝫ opibꝫ
vt liberius poſſimus vacare ſpiritualibus vt patet
de Conſecratiōe diſtinctione quinta vbi ſic dicitur
Ieiunium magnum ⁊ generale eſt abſtinere ab iniq
tatibus. ⁊ ab illicitis voluptatibus ſeculi quod eſt
perfectum ieiunium. patet ꝙ illoꝛum ſabbata merito
deridentur qui tali die deuotiōe reiecta. ſolum ocio
coꝛpoꝛali. ⁊ ſue laſciue vacant. ¶ Sciendum au-
tem ꝙ ſunt duo peccata que maxime frequentantur
dominicis diebus ⁊ feſtiuis. ſcilicet choꝛea ⁊ ebrie-
tas. Et ideo de choꝛea p̄mo notandum ꝙ licet in ſe
non ſit moꝛtale peccatum. tñ ex quatuoꝛ circumſtã
tijs contrahit defoꝛmitatem pcti moꝛtalis. ¶ Prio
quidem ratione perſone. puta ſi perſona ſit religio-
ſa vel eccleſiaſtica. tunc em̄ ratione ſcandali poteſt
committere peccatum moꝛtale ¶ Secundo ratio
ne tempoꝛis vt ſi fiat tempoꝛe miſſe vel alio deuoti
onis tempoꝛe quis choꝛiſet. ¶ Tertio ratione loci
vt ſi fiat in eccleſia vel cimiterio. tunc enim pꝛopter
irreuerentiam deo in loco ſacro exhibitam poteſt cō
mitti peccatū moꝛtale. ¶ Quarto ratione finis vel
modi. vt ſi fiat libidinoſa intentione. vel etiaȝ ſeruet̄
impudica geſticulatio. vel ſaltatio laſciua ꝓuocãs
ad libidinē Ad quã intētionē videt̄ referri vbū Au-
guſtini ſupꝛa poſitū de decē coꝛdis Et p̄dcē q̄tuoꝛ

eonditiones complectuntur hoc metro. Tempore
fine. loco. perſona. chorea caueto. ¶ Scđo notan-
dũ de ebrietate ⁊ gula qñ ſint mortalia vl' venialia
¶ Nã vno mõ ebrietas pt̃ dicere mẽtꝫ obnubilatio
nem vel gula pt̃ iportare ſolã corpis ingrauatiõem
⁊ ſic nõ ſunt pctã ſꝫ pena pctĩ. vt ptꝫ. 15. q. pma. ca-
pitulo Sane ¶ Scđo ebrietas iportat imoderatã
potationẽ vel gulã imoderatã cibi ſumptionẽ. ⁊ tũc
ſi in talibꝫ actibꝫ quis intendat vel appetit inebriari
aut etiã crapulari. ſic vtrumqꝫ eſt pctm̃ mortale Si
aũt talia nec appetit nec intendit ſꝫ ſolo caſu eueni-
unt. ſic ſolũ ſunt venialia Si etiã ex fortitudine po-
tus vel nimietate cibi. vel debilitate ſumentis pueni-
unt. ſunt venialia pvt notent iura. di. 25. ca. Crimi-
nis. ¶ Eſt aũt notandũ qꝫ trãſgreſſores huiꝰ pcep-
ti videnť ſpecialiter memoriã amiſiſſe. ppter qđ eis
ſignanter dr. Memẽto vt diem ſabbati ſanctifices
Nã ideo videnť memoriã amiſiſſe. qꝛ nec recordãtur
eoꝝ que videnť in natura. vbi oĩa vegetabilia ⁊ ſen
ſibilia quietẽ appetũt poſt laborẽ. ſicut eſt videre in
aĩalibꝫ ⁊ plantis que fructificãt ⁊ laborãt in eſtate.
ſed quieſcunt in hyeme Nec etiã eoꝝ que in ſcriptu-
ra legimus. Legimus em̃ Geñ. 2. qꝫ dñs requieuit
die ſeptimo ob oĩ ope quod patrarat Iſti aũt labo-
rant p totam ſeptimanaꝫ pro miſero corpore ſed in
die dominico laborant pro dãnatione anime. cũ tñ
deus preceperit tali die vacare ab omni corporali o-
pere. vt homo liberius ⁊ quietius vacaret diuino
cultui. Cuius vtiqꝫ iſti videntur obliti qui p totam
ebdomadam dies ſanctificãt laborando in opibus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0054

licitis. ſed diem dominicam polluunt ⁊ contaminãt
intendendo voluptatibus ebrietatibꝫ ⁊ choreis Et
de his conqueritur dñs Eze. 22. Sanctuaria mea
ſpreuiſtis ⁊ ſabbata mea polluiſtis. propterea da-
bo vos contemptibiles omnibus nationibus

¶ TERTIO exponitur ſic. Memẽto vt diẽ
ſabbati ſanctifices. id eſt vt illa die puriſſime contẽ-
plationi ⁊ perfecte quieti mentis intendas ab oibꝫ
mũdanis cogitationibꝫ vel occupatiõibꝫ te ſubtra-
hendo. ⁊ per actum intime contemplationis verita
ti diuine liberrime vacando. qđ ꝓprie ꝯuenit menti
bus ꝯtẽplatiuis que ſingula dei beneficia mẽte de-
uotiſſima ꝑtractãt. ⁊ ꝓ quolibet ꝑcepto bñficio deo
ꝑfectas grãꝝactiões exoluunt replicãtes tota die il
lud Iſaie. 63. Miſerationũ dñi recordabor laudez
dicã pro omnibꝫ que dedit nobis dñs deus nr̃ Et
iſtam quietem mentis in deo quelibet mens deuota
feruẽter emulari dꝫ ꝓpꝉ tria bona q̄ exinde ſequunꝉ.

¶ Primum eſt ſeminis deifici in aĩa ſepulti fructu
oſa germinatio. qđ ptꝫ. qꝛ multa ſemina virtutum
naturaliter hoi cõplantata latent in mente rõnali. ⁊
ibi quadã deſidia ⁊ ariditate mentis pereũt ⁊ deſic-
cantur que omnia copioſum fructum ꝓducerẽt. ſi ꝑ
lumen grẽ diuine ⁊ ꝑ feruorem deuotionis fecũda
renꝉ Cuius exemplũ ptꝫ in ſole materiali qui radijs
ſui ſplendoris ⁊ feruoris terram penetrans ſemẽ in
terra defoſſum ⁊ occultatũ viuificat ⁊ fecundat. ſic
etiam per lumen diuine gratie ⁊ feruorem dilectio-
nis ⁊ deuotionis qua mens quieſcit in deo. virtutũ
ſemina in mente rõnali latentia vberius fecũdantur

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0055

¶ Scdm eſt pn̄tis vite attediatio. ꝛ oīm terrenoꝝ
libera deſpectio Nam certum eſt ꝙ dulcoꝛ quo mēs
intimo feruoꝛe quieſcit in deo. cauſat in hoīe tediuꝫ
ꝛ meroꝛem tot⁹ vite pn̄tis. ꝛ inducit menti deuote
quandā inſipiditatē ꝛ nauſeā oīm terrenoꝝ Nec mi-
rū qꝛ ſm Gregoriū. guſtato ſpiritu deſipit oīs caro
Cui⁹ rō eſt qꝛ ſicut ignis materialis in reb⁹ ſuo fer-
uoꝛe aduſtꝭ aufert oēm pulchꝛitudinē ꝛ placibilita-
tē. reddēs ea nigra ꝛ defoꝛmia ad vidēdū. ita feruoꝛ
intnē deuotiōis oēm dulcedinē vite pn̄tꝭ in tediū ꝛ
meroꝛē ꝛ reꝝ tpaliū pulchꝛitudinē ꝛ placibilitatē in
quādā inſipiditatē nauſeā ꝯuertit. qꝛ ſicꝫ ſm Ber-
nardū ſerpēs Moyſi deuoꝛabat ſerpentes magoꝝ
ita dulcoꝛ itime deuotōis oēm dulcedinē vite pn̄tis
tollit. ꝛ in quandā inſipiditatē ꝯuertit ¶ Tertiū eſt
coꝛdis frigidi duri ꝛ rigidi perfecta liquefactio. ꝛ
diuinoꝛum inſtinctuum pꝛompta executio. qḋ patꝫ
Nam ſicut radij ſolares glaciem reſoluūt. ita feruoꝛ
interne deuotionis mentem frigidam gelu toꝛpoꝛis
ꝛ deſidie conſtrictam a deo reſoluit ꝛ liquefacit. vt
pꝛompte diuinis inſtinctib⁹ conſentiat. ꝛ per viam
mandatoꝛum dei in omnium virtutum exercitio fer-
uenter ꝛ celeriter currat. Quem motum bene ſenſe-
rat Pſalmiſta cum dicebat. Viam mandatoꝛum tu-
oꝛum cucurri cum dilataſti coꝛ meum. Poſtq̄ meā
mentem dilataſti ꝛ inflammaſti feruoꝛe tue deuotio-
nis omnino deſidia pꝛocul mota. mandata tua im-
pleui. ꝛ omnib⁹ diuinis inſtinctibus pꝛompte ꝛ de-
lectabiliter acquieui Sed foꝛte diceret aliquis Pau-
per ſum. tantū habeo laboꝛare pꝛo cōmunib⁹ indi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0056

gentiȷ̈s ꝙ inde obliuiſcor contēplationis ⁊ orationis
Huic ergo reſpondeo ꝙ talis debet diligenter ad-
uertere an ſua occupatio ſit maior q̄ȝ illius eximiȷ̈ re
gis Dauid. qui habuit regnum latiſſimum ⁊ terras
plurimas gubernare. qui tamen de ſcipſo dicit Me
ditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Et ali-
bi. Septies in die laudem dixi tibi. ¶ Sciendum
autem ꝙ ſicut quilibet chriſtianus adultus tenetur
omni die ad aliqualē memoriam de deo ꝓ ſuis bn̄fi
ciȷ̈s habendam. ita religioſus ⁊ clericus beneficia-
tus tenet̄ ad horas canonicas. quas ſi ſine cā legi-
tima omittunt. mortaliter peccant Et non ſolū cum
qui horas canonicas ad quas tenent̄ omittunt pec
cant mortaliter. verū etiaȝ qui eas negligenter dicūt
Non quidem ex impotentia vel infirmitate. ſed poti
us ex contemptu vel mala conſuetudine. quia licet
negligentia in talibꝰ ſcd̄m ſe ⁊ fragilitatem hūanam
conſiderata ſit venialis. ꝯtemptus tn̄ ⁊ mala conſu
etudo faciunt eaȝ mortalem. vt patet de Conſe. di.
20. in textu ⁊ gloſa Et ſic patent tria precepta que
ordinant hominem ad deum. ¶ Primum quidem
ad venerandū ſcȝ patris potentiam. ¶ Scd̄m ad
colendum filiȷ̈ veritatem ¶ Tertium ad iugiter me
ditandum ſpū ſſancti bonitatem Sed eſt diligentiſ-
ſime aduertendum ꝙ contra tria precepta predicta
contingit hoīem tripliciter peccare ¶ Primo ex im
potētia vel infirmitate. aut etiam ex timore. ⁊ ſic pec
catur quaſi contra patris potentiam ⁊ contra pri-
mum preceptum Dicitur autem peccatum ex impo
tentia vel infirmitate quando peccatur ex paſſione

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0057

que indicat nature corrupte fragilitatē ⁊ impotētiā. Ex timore aūt ꝯtingit peccare dupl'r ſm duplicem timorē Eſt em̄ quidā timor hūanus qn̄ ſcȝ timētur pericula carnis Eſt timor mundanus qn̄ ſcȝ timē-tur pericula rerū. Et iſti timores mali ſunt Et mor-taliter peccant qui ꝓpter eos faciunt illicitū quod ē contra deū. vel omittūt aliquid licitum ad qđ tenen-tur Unde iſtos timores excludit ſaluator Mathei. jo. Nolite timere eos qui occidunt corpus ſed potiꝰ eum timere qui pōt aīam ⁊ corpus mittere in ge-hennā. Ex quo ſequit̄ correlarie ꝙ ſi quis miles iu-uat dn̄m ſuū in bello iuſto. vel ſi probabiliter credit eum habere iuſtū bellū. in his duobꝫ caſibꝫ p̄t iuua-re dn̄m ſuū ſine pctō. ſed nō amicū vel cognatū niſi ſciat eū habere iuſtum bellum Et hoc ꝓbat̄. 23. q. j. Quid culpat̄. Juſtum aūt bellum ſm Guillermum eſt qđ vlciſcit̄ iniurias vel quod geritur ꝓ rebꝫ debi-te repetendis: ⁊ ſic gens vel ciuitas plecti poteſt

¶ Scđo fit peccatū per ignorantiā ſiue errorē. qua-ſi contra filij ſapientiam. ⁊ ſic peccatur contra ſecū-dum p̄ceptum. Dicitur aūt peccatū ex ignorantia qn̄ aliq̄d ignorat̄ eoꝝ quoꝝ ſcia a peccato impedi-uiſſet. ⁊ tūc diſtingue. q2 vel hoc fit ex ignorantia iu-ris ⁊ hoc nō excuſat. q2 eſt vincibilis vt ptȝ. j. q. 4. ca. vltimo. Sȝ ſi eſt inuincibis excuſat. ſicut ptȝ de infantibꝫ furioſis vel dementibꝫ q̄bꝫ non imputatur qđ faciūt vt dicit Bernardus in glo. ¶ Similiter etiā excuſatur is qui ſequit̄ vnam opinionem proba-bilem ⁊ famoſam vbi magiſtri inter ſe ꝯtrarie opinā-tur. Aut hoc fit ex ignorantia facti ⁊ ſic excuſat̄ ho-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0058

mo a pctō oblito dummō duo in ſe habeat ¶ Pri-
mū eſt. ſi adhibet diligentiā quā pt ad iueniēdū pec
catū oblitū. vt hʒ Iſaie. 38. Recogitabo tibi oēs an
nos meos ꝛc. ¶ Scdm eſt ſi oret deū vt reuelet ſi-
bi. Tūc eñ ſm Auguſtinū aut reuelat. aut relaxat
¶ Tertio fit pctm̄ ex malitia ſiue ex electiōe vt cū
hō ex volūtate deliberata pctō adheret Et ſic pecca
tur ↄtra tertiū p̄ceptū. qꝛ ↄtra bonitatem ſpūſſancti
Et talia dicūt' pctā in ſpm̄ſanctū Circa q̄ duo ꝑ or
dinē ſūt declarāda ¶ Primū eſt que ꝛ q̊t ſūt pctā in
ſpm̄ſcm̄ ¶ Scdm ē an illa pctā ſint mortalia ſꝑ. vl'
aliqñ pñt eē venialialia ¶ Propt' p̄mū ē ſciendū
ꝙ pctm̄ in ſpm̄ſcm̄ ꝓpe dr illō qd̄ ipugnat bonita
tē ſpūſſci cuiꝰ grā fit remiſſio pctōꝝ Et tale pctm̄ qd̄
fit ex certa malitia ſm theologos. vel ex electōe ſcdʒ
Phm. 3. Ethicoꝝ dr irremiſſibile vt pʒ Math. 12.
in textu ꝛ gloſa. Nō ꝙ nūqꝫ remittat'. ſʒ ꝙ nō hʒ cau
ſam remiſſibilitatis. tollit eñ oīa illa q̄ requirunt' ad
remiſſionē pctōꝝ Et qꝛ ſex ſunt ↄditiōes que requi-
runtur in remiſſione peccatorum: ideo ſunt ſex ſpēs
peccati in ſpm̄ſcm̄ Harum aūt ſex. due ſumuntur
ex ꝑte remittentis ¶ Prima eſt. dei miſericordia cō
donans culpā. ꝛ ↄtra hāc eſt deſperatio. qꝛ hō ꝓpt'
grauitatem peccatorum deſperat. vt pʒ per Cayn
qui deſꝑauit de dei miſericordia. Dixit eñ Cayn
dño Geñ. 4. Maior eſt iīquitas mea q̄ʒ vt veniam
merear. ꝛ ſic fuit deceptus. quia (Pſalmiſta teſte)
Prope eſt dñs oibꝫ inuocantibꝫ eū in veritate. ꝓpe
eñ. id eſt propicius eſt omnibꝫ inuocantibus eum
ꝛ hoc in veritate. id eſt non ſecundum mala deſide-

riſa que aliud querūt ꝙ̄ ipm deū.glo.increpationibꝫ ⁊ minis nō ꝯuertuntur ad deū.ſed deſperando accumulant crimē ſuum.Gregorius. ¶ Scd̄a eſt iuſticia obligans ad penam. Et contra hanc eſt preſumptio impunitatis Similiter ex parte penitentis duo requirunt. ¶ Primum eſt dolor de peccatis p̄teritis.⁊ ꝯtra hoc eſt finalis impenitentia ¶ Scd̄ꝫ eſt propoſitumabſtinendi a peccatis futuris Et cō̄tra hoc eſt obſtinatio qua hoīs mēs ita obſtinat in pctō̄.ꝙ nō vult penitere ¶ Silr̄ tertio ex ꝑte gratie gratum facientis ꝑ quā ſimpliciter peccatū remittit duorequiruntur.Nam hec gratia vel confert in fide eccleſie:⁊ contra hoc eſt īpugnatio veritatis agnite Vel in ſacramentis eccleſie vel legis noue ⁊ cōtra hoc eſt inuidentia fraterne gratie Et non accipitur inuidētia fraterne gratie ꝓut aliquis inuidet fratri ſuo vel alicui ſingulari ꝑſone.ſed quando tanta eſt malicia in eo.ꝙ diſplicet ſibi de gratia dei creſcēte in mundo Et ſic patet que ⁊ quot ſunt peccata in ſpiritumſanctum.qꝛ ſex.puta deſperatio. preſumptio.finalis impenitentia.obſtinatio. impugnatio veritatis agnite.⁊ inuidentia fraterne gratie.Patet etiam qualiter iſta peccata dicantur irremiſſibilia ⁊ q̄aliter non ¶ Propter ſcd̄m eſt ſciendum ꝙ ſi quis labatur in deſperationem ex infirmitate vel prauitate complexionis ⁊ de hoc dolet ⁊ renitet inquantuꝫ poteſt.ſic deſperatio non eſt peccatum niſi forte venīale.Si autem contingat ex errore vel deceptione puta ſi putans ſe obſequium preſtare deo ſeipſum occidat.ſic eſt peccatum mortale.Si vero quis de-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0060

ſperat ex certa malitia ꝛ electione. vt diffinitiue di-
cat cum Cayn. Maioꝛ eſt iniquitas mea ꝙ̄ vt ve-
niam merear. ſic deſperatio eſt peccatum in ſpiritu
ſanctum. ꝛ tali conſulēdum eſt vt cogitet de immē-
ſitate diuine miſericoꝛdie. ꝛ ſimili modo de alijs di-
cendum eſt. Nam aut preſumptio naſcitur ex infir-
mitate qua homo nimis de dei miſericoꝛdia confi-
dit. ꝛ ſic dicitur peccatum veniale Aut naſcitur ex
erroꝛe nimis de meritis ſuis preſumendo. ꝛ ſic pre-
ſumptio eſt peccatum moꝛtale. ꝛ ſpecies ſuperbie.
Aut naſcitur ex certa malicia qua omnino intendit
dei iuſticiam non ſeruare preſumens de impunitate
peccati. ꝛ ſic pꝛopꝛie eſt peccatum in ſpiritumſan-
ctum. quia aufert iuſticie dei equitatem Et tali con-
ſulendum eſt vt frequenter cogitet de rigoꝛe iuſticie
Similiter impugnatio veritatis agnite aut ꝓuenit
ex infirmitate. vt cum aliquis pꝛopter verecundiaꝫ
vinci nolens impugnat veritatem agnitam. ꝛ ſic eſt
peccatum veniale. Aut pꝛouenit ex malicia. puta
cum pꝛopter munera vel ſtipendia aliqua que exce-
cant intellectum. impugnant veritatem in damnum
alterius. vt patet in malis aduocatis. ꝛ ſic eſt pec-
catum moꝛtale. Aut hoc pꝛouenit ex certa malicia
vt cum quis deliberate impugnat fidem catholicaꝫ
vel conſilia. vel pꝛecepta euangelica. ꝛ ſic pꝛopꝛie
eſt peccatum in ſpiritumſanctum. Similiter inui-
dentia fraterne gratie. Aut pꝛouenit etiam ex infir-
mitate. puta ſi dolet alium melioꝛem ſibi pꝛeferri,
tunc ſi dolet ꝓpter ſui in ſufficientiam non peccat.
quia ſcđm gloſam Bernardi. doloꝛ iſte bonus eſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0061

Si aũt dolet ſolũ ꝓpter eminentiaꝫ alterius. ⁊ talis
motus ſit indeliberatus. ſic eſt pctm̃ veniale Aut ꝓ
uenit ex ignorãtia. puta ſi quis dolet de alterius ex-
cellentia. qꝛ ꝑ hoc ſibi timet diminui ꝓprium bonũ.
ſic eſt pctm̃ mortale. ⁊ ſpẽs inuidie. Aut ꝓuenit ex
certa malicia: puta cũ ꝓpter deprauatiõem affectus
aliq̇s nec amat bonũ in ſeipo. nec etiã videre põt in
alio. ⁊ ſic eſt pctm̃ in ſp m̃ ſcm̃ ¶ De obſtinatõe aũt
⁊ finali impenitẽtia. ſciendũ ẽ ꝗ talia aut ſumũt pri-
uatiue ⁊ ſic obſtinatio dt ꝑmanẽtiã volũtatꝫ i pctis
Et finalis ipenitẽtia ſolũ importat ꝑuatõem peni-
tentie. ⁊ ſic iſta duo non ſunt pctã ſpecialia. ſed cir-
cũſtantie cuiuſlibet pcti Aut ſumuntur ꝯtrarie ⁊ ſic
obſtinatio importat volũtatem deliberatã ꝑmanẽdi
in peccato. ⁊ finalis impenitentia importat volũta-
tem non penitendi. que duo ſic differunt. Nam fina-
lis impenitentia ſumitur reſpectu preteriti. qꝛ ipor-
tat propoſitum non penitendi de peccatis ꝯmiſſis.
⁊ ſic priuat peccati emendam Obſtinatio vero ſu-
mitur reſpectu futuri. vnde priuat peccati cautelam
⁊ ſic iſta duo proprie dicuntur peccata in ſpiritum
ſanctum ¶ Ex premiſſis patet qualiter ꝯfitendum
ſit de tranſgreſſione huius precepti ſm quẽlibet eiꝰ
intellectum Et ſic patent tria prima precepta q̃ or-
dinant hominem ad deum.

QUARTUM preceptum eſt. Honora
patrem tuũ ⁊ matrem tuam Exodi. 20. In
quo precepto ſcdm Auguſtinum libro de
decem cordis. implicatur ois actus bñficentie pri-
mo impendendus ſiue ex debito naturalis obligati-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0062

onis. ſicȝ honor qui debetur patri naturali. ſiue ex
charitatis debito ſicut alij actus pietatis q̄ ex chari
tate ipi primo ipendunt Implicant etiā in hoc p̄ce
pto oēs actus virtutū q̄ ex charitate vel pietate ſeu
humilitate ſunt circa primū exercendi. vt videbit in
pceſſu Et ideo h̄ p̄ceptū hȝ triplicē expoſitiōem ſm
q̄ pr̄ ꝛ mr̄ tripliciter accipiunt ¶ Prima q̄dem pro
patre nturali put eſt pncipiū generatiōis naturalis
¶ Scd̄a pro patre ſpirituali put eſt pncipium rege
nerationis ſpiritualis. ¶ Tertia pro patre eternali
vicȝ ipo deo qui eſt principium creationis ſuperna-
lis Et cuilibet iſtoꝝ patꝝ triplicem honorem defer
re debemus. ¶ Nam patrem ꝛ matrem naturalem
inficit ⁊ primum ledit. cui ſuum per iuſticiam reddē
debuit. ⁊ deū offendit Iuxta illud Eccleſiaſtici.34.
Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis. ſicꝫ
qui victimat filium in conſpectu patris. ℂ Tertiꝰ
fructus eſt quia animam diuina contemplatione ir-
radiat Thobie.4. Elemoſina a morte liberat. ⁊ nō
permittit animas ire in tenebras. ſed eas ad fonte̅
vite luminis eterni perducit. quod non poteſt facere
elemoſina de illicite acquiſito facta. quia hec potiꝰ
a luce claritatis diuine excludit ⁊ ad tenebras eter-
nas ꝑducit. ℂ Secundo conſiderandum eſt ꝙ ele-
moſina fiat recto ordine ⁊ decenti modo Rectus au-
tem ordo in hoc attenditur ꝙ homo primo habeat
pietatem ad ſeipſum. ⁊ poſtea ad alium. Sicut em̄
peruerſus eſt ordo ꝙ homo neglecta indigentia pa-
tris ⁊ matris extraneis ſubueniret. quia in hoc non
exerceret pietatem ſed potius crudelitatem. ita mi-
nus dicenda eſt elemoſina quam quis facit al-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0092

ferri propria ſalute neglecta. Unde dicitur Eccleſi-
aſtici. 30. Miſerere anime tue placens deo Dicens
etiam modus in hoc attenditur ꝙ elemoſina detur
leto vultu dulci verbo ⁊ prompta manu. quia letus
vultus elemoſinam in diuina acceptōne ſaginat cū
hylarem datorem diligat deus. dulce verbum ipſaꝫ
dulcorat. Dura autem verba ⁊ obiurgatiua elemo-
ſinam pauperi amaricant. Similiter prompta ma-
nus elemoſinā multiplicat Juxta illđ Qui cito dat
bis dat. qꝛ neſcit dareꝗ dare tardat. ¶ Tertio in
modo dande elemoſine ꝯſideranda eſt recta intētio
vt non detur pro vana gloria ſed pro diuino hono
re. Nam vt inquit Gregorius. Inſipiēs eſſet nimis
qui mercedem eterne retributionis cōmutaret in fu-
mum vane ⁊ tranſitorie laudis ¶ Tertio oſtendē-
dum eſt quibꝫ pre alijs ſit danda elemoſina Propt
qđ eſt ſciendū ꝙ circa datiōem elemoſine modus ⁊
diſcretio eſt ſeruandus. Nam eorum qui petunt ele-
moſinam. alij petūt quaſi ex debito vt p̄dicatores ⁊
p̄lati. talibuſqꝫ debet. ⁊ ſi nō ex debito ſtricti iuris.
ſaltē ex debito charitatis ⁊ etiā naturalis eq̄tatis vt
recipiant ſuſtentationem ab his quibus p̄dicāt vel
q̄bꝫ ſacramēta miniſtrāt. vt euidēter docet Aug⁹ li-
bro de ope monachorum Si euangeliſte inq̄t ⁊ mi-
niſtri ſunt altaris fateor plane ꝙ habeāt poteſtatem
viuendi de ſumptibꝫ fideliū. vnde iſta ſibi non irro-
gant. ſꝫ plane q̄ſi ex debito ſibi vēdicāt ptātem Alij
petunt elemoſinā ex grā ſimplr ꝓ corpis ſuſtētatōe
In primo caſu diſtingue. qꝛ aut ſunt noti aut non
ſi ſunt noti ⁊ conſtat eos miſſos vel inſtitutos ad

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0093

p̄dicandū.talibꝫ eſt elemoſina p̄re oibꝫ alijs erogan-
da cū eis nō ſimpl'r ex gr̄a.ſ3 q̄ſi ex debito officij de-
beat̄ Vn̄ d̄r apl's. Si nos ſeminamus vobis ſpūa-
lia.nō eſt magnū ſi veſtra metam⁹ t̄palia Si vero
ſunt ignoti ⁊ dubitat̄ an tale officiū ſit eis commiſ-
ſum.prius debent examinari an ita ſit anteq̄ȝ recipi-
antur Jn his v̄o que petunt ſimpl'r ꝓ ſuſtentatione
corporis.ſil'r diſtingue.qꝛ aut oibꝫ potes ſubuenire.
vel nō Jn p̄mo caſu debes indiſtincte dare oibꝫ in-
digentibꝫ.niſi forte quis ex ſecuritate cibi ꝓteruiret
⁊ negligeret iuſticiam Jn tali em̄ caſu d̄r Aug⁹ ad
Vincentiū donatiſtā Vtilius eſurienti panis tollit̄
ſi de cibo ſecurus iuſticiam negligat.q̄ȝ eſurienti pa-
nis frangat̄ vt iniuſticie ſeductus acq̇eſcat Et po-
nit̄.5.q.5. Nō oīs. Sed hoc dictū intellige de his q̄
nō eſuriunt ad morte͂.tūc em̄ quantūcūq̄ȝ iuſticiam
negligerent.paſci deberent.vt p3 ſupra Paſce eſu-
riente͂ ⁊c̄. Jn hoc etiā caſu vbi ſc3 q̇s oibꝫ indigenti-
bus ſufficeret.loq̇t̄ Johānes criſoſtim⁹ dicēs Qui-
eſcam⁹ ab hac dyabolica curioſitate diſcernendi.ſ.
inter paupere͂ ⁊ paupere͂.nō em̄ ex coꝝ vita quos re-
cipis mercede͂ tibi daturus eſt de⁹.ſed ex bona vo-
luntate.ex miſericordia ⁊ boitate multo q̄ȝ ip̄is ipen-
dis.hoc ponit̄ di.42. Jn ſc̄do caſu cū q̇s nō p̄t oi-
bus ſufficere.tūc cui magis ſit dandum hoc docet
Aug⁹.li.4.de doctrina chriſtiana ſic dicens. Illi
qui ſunt nobis magis ꝯiuncti q̄ȝ qui quadam ſorte
nobis adueniunt.eis magis ꝓuidere debemus Cir-
ca hoc tamen eſt diſcretionis ratio adhibenda ſ̄m
differentiam coniunctionis ⁊ ſanctitatis ⁊ ꝯmunis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0094

vtilitatis Nam multo ſanctiori maiorem indigenti-
am patienti ⁊ magis vtili pro bono communi eſt dā-
da magis elemoſina q̄ꝫ ꝑſone propinquiori Unde
in extrema neceſſitate magis ſubueniendū eſt extra-
neis q̄ꝫ parentibꝫ nō tantam nc̄citatem patientibus
Si aūt duoꝝ qui reputāt᷑ eque ſancti ⁊ eque vtiles
pro bono communi vnus ſit magis ꝯiunctus ⁊ al-
ter magis indigens nō poteſt circa talia determina-
ri cui ſit magis ſubueniendū Sed hoc erit prudent᷑
dĳudicādum ex diuerſis gradibꝫ indigentie ⁊ ꝓpin
quitatis Ambroſius tamen docet in talibꝫ nouem
eſſe ꝯſideranda. ex quibus poteſt elici quis alĳs ſit
in elemoſina p̄ferendus. ¶ Primo conſidera fidem
qꝛ fidelis preferendus eſt infideli ¶ Secundo cau
ſam qꝛ illi qui tenent᷑ captiui ab hoſtibꝰ ſunt in mi-
ſericordia alĳs preferēdi. ¶ Tertio locū vt ſi quis
iuſtus crucietur in carcere propter debitum. qꝛ licet
omnibus debeatur miſericordia. iuſto tamen ⁊ af-
flicto peramplius. ¶ Quarto tempus qꝛ tempore
afflictionis magis debemus miſericordiam exerce-
re. ¶ Quinto modum. vt non totum detur vni ſed
elemoſina pluribꝫ partiatur. ¶ Sexto ſanguinis
propinquitatem. qꝛ tales ceteris paribus ſunt extra
neis preferendi ¶ Septimo etatem. quia ſenes ſtꝫ
iuuenibus preferendi ¶ Octauo debilitatem. quia
ceci. claudi. ⁊ egroti ſunt ſanis preferēdi. ¶ Nono
nobilitatem. quia his qui ex diuitĳs ſine ſuo vicio
labuntur in egeſtatem. magis eſt pium ſubuenire.
quia tales de egeſtate magis verecundantur. ⁊ etiā
magis crucientur ¶ Quarto declarandum eſt que

ſunt illa que vnumquemq₃ hominez digne mouere
debent ad dandū elimoſinā cū hylaritate ꝛ ꝓmpti-
tudine. ꝛ talia ſunt tria. ¶ Prio qꝛ debes attendere
quis ſit ille qui petit qꝛ deus ipſe in figura paupꝫis
iuxta illud Math. 25. Quod vni ex minimis meis
feciſtis. mihi feciſtis Cū quāta aūt gratitudine deꝰ
ſibi factū reputet quod impēdis pauperi. pꝫ ex hoc
ꝙ de ſolo iſto actu in die iudicij gloriabitur omnibꝫ
alijs virtuoſis actibꝰ omiſſis cū dicet Venite bene
dicti patris mei ꝛc. Hoc idē apparet ex hoc ꝙ iſtuz
actū pietatis ſingulari honore premiatur ꝛ extollit.
Quod euidenter apparet in Martha ſua hoſpita
quā dn̄s iheſus manu ſua ꝓpria ſepeliuit. vt pꝫ in
copia exēploꝝ Scđo qꝛ debes attendere q̄d petat.
nō em̄ a te petit tuū ſed ſuū. qꝛ bona dei ſunt q̄ poſ
ſides. ꝛ tu non es dn̄s. ſed ſolū diſpenſator exiſtis.
Et ideo ſicut ſeruus ille infidelis ꝛ nimis igratꝰ ex
iſteret q̄ dn̄o rē ſuā petēti negaret. ꝛ eius bona ꝯtra
dn̄i voluntatē infidelit̄ diſpēſaret. ita tu infidel̄ es ꝛ
ingratꝰ exiſtꝭ ipſi xp̄o qn̄ ſibi petēti i ꝑſona paupꝫis
negas modicā elemoſinā q̄ tibi tot bona terrena ꝯtu
lit. ꝛ cū hoc oēm creaturā in tuū obſequiū deputa-
uit Et inſupꝫ ſeipm̄ in p̄miū tibi ꝑ mercede elemoſi-
ne eterne repromiſit Qđ ꝯſiderauit Dauid cum dr̄
Dn̄e deus iſrahel tua ſunt oīa. ꝛ que de manu tua
accepimus dedimꝰ tibi ¶ Tertio debes attendere
propter quid petit. qꝛ non petit pro ſuo commodo.
ſed pro tuo. nec petit pro dato ſed pro mutuo. Vult
em̄ liberaliter tibi dare in preſenti vita donum cen-
tuplum. ꝛ in eterna beatitudine ſeipſum in p̄mium.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0096

Unde Aug⁹ O hō̄ feneraris homini. feneraris po
tius deo. qꝛ centuplū accipies ꝛ vitam eternā poſſe
debis Et ideo nimis eſt ingratus qui ad tales vſu-
ras non vult deo ꝯmodare. ad quales mutuaret iu-
deo vel ſaraceno Propter qꝺ bene ſcribitur Luce
12. Vendite que poſſidetis ꝛ date elemoſinam. faci-
te vobis ſacculos qui non veteraſcunt theſaurum
non deficientem in celo Ex premiſſis patet qualiter
de iſto precepto ſit confitendum.

Sextum preceptū eſt. Nō mechaberis Qꝺ
quidē expreſſe ꝓhibet leſionem ꝯiugalem in
ꝑſona ꝯiūcta. ſicut p̄cedens p̄ceptū ꝓhibet
leſionē alicui⁹ in ꝑſona ꝓpria Sed ſm Auguſtinū
implicite ꝓhibet oēm illicitū ꝯcubitū ꝛ venereoꝝ
mēbroꝝ oēm illicitū vſum. ꝛ oēm carnis immūdiciā
vt videbit. Et hoc p̄ceptū ſilr hꝫ triplicē expoſitōeꝫ
¶ Prima reſpicit mechiaꝫ corꝑalem q̄ talis eſt Nō
mechaberis. id eſt nulli aliȷ̃ excepto federe matrimo-
niali te cōmiſcebis. vt ꝺr gloſa interlinealis Scien-
dum aūt ꝙ iſtud p̄ceptum octo genera hominū trā-
grediunt ſm tranſgreſſionē octo legū Nā primi trāſ-
grediuntur legem naturalis diſcretiōis Et iſti ſunt
fornicariȷ̃ qui contra dictamen recte rōnis ſuis ꝯcu-
binis carnaliter ꝯmiſcentur Et licet quidā hui⁹ cri
minis fautores dixerint fornicatōem ſimplicē nō eē
peccatū mortale qꝛ vti mēbro aliq̄ ſm actum debitū
ꝛ ſm inclinatōem ſue nature nō videt pctm̄ cum ad
hoc per naturam ſit inſtitutum. hoc tamē eſt falſum
ꝛ impoſſibile propter duo. ¶ Primo
Quia fornicatio ſimplex invenitur in lege divina

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0097
DFG

pꝛohibita. Lex autē diuina nihil ꝓhibet niſi pctm̄ moꝛtale. ⁊ ideo relinq̄r ꝙ foꝛnicatio ſimplex eſt peccatū moꝛtale Q̄d etiā ſcd̄o ptꝫ euidenterex hoc qꝛ nihil excludit a ꝑticipatōe celeſtis regni niſi peccatū moꝛtale. ſed hō ꝓpter ſimplicē foꝛnicatōem excludiť a ꝑticipatiōe celeſtis regni. vt pꝫ ꝑ aplm̄ ad ephe. 5 Hoc aūt ſcitote qm̄ oīs foꝛnicatoꝛ aut imūdus nō hꝫ ꝑtem in regno xp̄i ⁊ dei. igiť Scd̄i tranſgrediuntur legē ſpūalis ꝑfectōis q̄ erroꝛes dogmatizant ſcꝫ ꝙ hō poſſit in hac vita tm̄ gradū ꝑfectiōis attingere. ꝙ coꝛp⁹ ita erit ſubditū rōni. ꝙ hō poterit libere ſine pctō coꝛpoꝛi indulgere q̄dcūqꝫ coꝛp⁹ appetit q̄d ſimpliciter falſum eſt ⁊ erroneū Nā ꝓpter infectōem fomitis natura coꝛꝑalis in ipam ꝯcupiſcentiā naturaliť inclinať. rōne cui⁹ lex carnis ſm̄ aplm̄ etiā in viris ꝑfectis aduerſať legi mētis. iuxta illud ad Ro. 7. Uideo aliā legē im mēbꝛis meis repugnantē legē mentis mee Hec aūt naturalis inclinatio fomit⁹ licꝫ ꝑ grām poſſit rep̄mi. non tn̄ p̄t totaliter tolli de lege cōi. licet hoc ꝑ p̄uilegiū ſpeciale ꝯceſſum fuerit ꝟgini glo ꝛioſe Tertij tranſgrediunť legem naturalis libertatis . ⁊ iſti ſunt raptoꝛes virginum qui per potē tiam inuitis parentib⁹ quandoqꝫ ꝟgines rapiunt ⁊ eas contra legem naturalis libertatis ⁊ libere voluntatis oppꝛimunt ꝟgineam integritatē in eis deflorā tes. Ubi ſciendum ꝙ differentia eſt inter ſtupꝛum ⁊ raptum. Nam ſtupꝛum eſt illicita virginum defloꝛatio. ita tamen ꝙ ipſa puella ſpontanea volūtate in talem defloꝛationem conſentiat Raptus poteſt eſſe ⁊ meretricum. ⁊ viduarum. Hoſtien. eo. ti. Raptus

⁊ aures audientiū polluāť. vt pꝫ.32.q.7. Adulterij
malū. Et iſtō idē pctm̄ ꝓpter ſui enormitatē ē vnuꝫ
de peccatis clamātibꝫ ⁊ diuinā vltionē poſtulātibꝫ
iugiter. ¶ Octaui trāſgrediūť legē naturaľ dilectio-
nis. vt ſunt ipi ꝯiuges cōcubitꝰ cōiugales cū nimi-
a libidine exercētes Ad cuiꝰ intellectū pleniorem eſt
aduertendū ꝙ coitus cōiugalis alius dr licitus ali-
us fragilis aliꝰ impetuoſꝰ. Licitus exerceť triplici
de cauſa Vel fit cauſa ꝓlis ꝓcreāde ad cultum dei.
vel cū fit cauſa reddendi debitū. vel cauſa fornicati-
onis vitāde nō in ſe ſed in ſua ꝯiuge. Primꝰ ē pie-
tatꝫ. Scd̄s iuſticie. Tertius cautele. His tribꝫ mo
dis nullū cōmittitur peccatū. imo duo primi modi
ſunt meritorij ſimpliciter niſi aliud obſtet. Tertius
modꝰ licet ſit ſine peccato. nō tn̄ videť habere ratō-
nē meriti. Et iſto mō patres veterꝫ teſtamēti vſi ſtꝫ
actu cōiugali cū tāto dei timore ⁊ tanta libidis repſ
ſione ⁊ etiam cū tanta mentis puritate. ſolum in eo
propagationem diuini cultus intendentes ꝙ beatꝰ
Augꝰ dicit ſe non audere celebatum Johānis ꝑ-
ferre coniugio Abrae. Quod tamen non ſic eſt in-
telligendū ꝙ continentia coniugalis in dignitate ꝑ-
fectionis equiparetur continentie virginali cum iſti
debeatur fructus centeſimus. illi vero triceſimꝰ Sꝫ
ſolum ſic intellige ꝙ ipſe in tanta charitate ⁊ purita
te intentionis exercebat actū coniugalem ſicut ſerua
bat Johannes continētiam virginalem Fragilis ē
ille actus qui ſolum fit cauſa delectationis exercen-
de Sed tunc diſtinguitur. quia vel illam delectatio
nē. exercet affectu maritali. vel exercet eā fornicario

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0099

Si maritali vtpote ſi delectatio ſiſtat infra terminos mrimonij ita ꝙ eā non ꝯgnoſceret ſi vxoꝛ ſua nō eſ-
ſet. ſic ſolū peccat venialiẗ. Si aūt affectu foꝛnica-
rio . vtpote qñ affectus delectationis impetu ꝯcu-
piſcentie ferẗ extra terminos mrimonij ita ꝙ eā cog-
noſcere vellet ſi vxoꝛ nō eſſet. tunc peccat moꝛtaliter
qꝛ act⁹ illius delectationis p̄poniẗ ipſi deo. Impe-
tuoſus ṽo ē ille act⁹ q̇ ex ſola libidine ꝓueniēs me-
tā honeſtatis ⁊ rōis trāſcēdit. qđ tn̄ fit quiꝗ mōis.
¶ Pꝛimo ꝑ meretricias blanditias ſe ad libidinē ꝓ-
uocando ¶ Scđo cū talis actus contra naturalez
modū exerceẗ. ¶ Tertio cū hoc fit tempe ꝓhibito.
¶ Quarto cū exercetur in loco ꝯſecrato. ¶ Quin-
to cū acceditur ad pꝛegnantem vicinam partui vel
alias in fluxu menſtrui Unde ab ipſa ineptitudine
viacioſa boni cōiuges debent ſe maximo ſtudio pꝛe-
ſeruare. ⁊ hoc pꝛopẗ octo dāna que exinde ſequunẗ
¶ Pꝛimū eſt cecitas mentis quia ſcđm Auguſti-
num ⁊ etiam ſcđm Phm. in actu carnali ratio tota-
liter abſoꝛbetur ita ꝙ lumē rationis quodammodo
extinguitur vt homo totus quaſi carnalis efficiatur
⁊ ideo eſt ꝙ vicium carnis plus hominem vilificat.
⁊ per infamiam denigrat. ꝗꝫ alia vicia maioꝛa. Qđ
contingit ex hoc quia per extinctionem rationis ho
mo pꝛiuatur naturali dignitate ſua qua per vſuꝫ ra
tionis cetera pꝛecellit ¶ Scđm eſt inconſideratio
moꝛtis ⁊ inferni. Intantū enī voluntas carnis de-
lectationi immergiẗ ꝙ nec de amaritudine moꝛtꝭ co-
gitat. nec penam inferni foꝛmidat ſed ſi ſemper viue
re liceret. ſemper peccare vellet . Et inde eſt ꝙ deus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0100

iuſto iuditio actum peccandi tranſitorium eternali-
ter punit. qꝛ ſm Auguſtinum. Si homo malus ſp
viueret eternaliter ipm peccare liberet. ¶ Tertium ē
mentis inconſtantia que ꝓuenit ex eo ꝙ ꝑ volūtatē
malam intendit delectatoni tranſitorie. Et ideo ne-
ceſſe eſt mentē variari ꝓut vna delectatio momenta-
nea trāſit ⁊ alia ſuccedit. Sola aūt mens illa incon-
ſtātia figit̄ q̄ bono imobili ⁊ iuariabili ꝑ amorē innt-
tit̄. ¶ Quartū eſt inordinatus amor ſui. qꝛ carnalis
affectus ſeipm ⁊ aliū ſolo amore cōcupiſcentie dili-
gens oia in ſui ꝯmodū ordinat. vt in eis ꝑaplꝰ de-
lectet̄. Talis em̄ longā vitā deſiderat. vt diuturniꝰ
carnali delectationi inſiſtat. Ex quo pꝫ q̄ꝫ ꝑnicoſuꝫ
ſit iſtud damnū. qꝛ hominē ꝑuat perfecto ⁊ ordiato
amore ſūpꝑius ⁊ oim creaturaꝝ. ¶ Quintū eſt p̄ci-
pitatio ſui. qꝛ amore ⁊ feruore concupiſcētie exceca-
tus p̄cipitanter currit ad luxū frequenter exponens
ſe periculo mortis propter libidinem explendam.

¶ Sextū eſt odium dei. ⁊ licet deus ſit purū ⁊ ſum-
mū bonū qd directe odiri nō p̄t. dꝫ tn̄ odiri indirec-
te ꝓpter duo. vel ꝓpter penā quam iuſto iuditio pec-
cantibꝫ infligit. vl' propter bonum delectabile quod
mox pia prouidentia eis ſubtrahit ne grauius pec-
cent ¶ Septimū eſt amor p̄ntis ſeculi cui carnales
inherent ꝓpter appetitum bonorum. diuitiarum. ſa-
nitatis. fortitudinis. ⁊ ceterorum ꝑ que carnalis af-
fectus ſuū finē ꝯſequitur ⁊ delectatiōe momētanea
fruit̄. ¶ Octauū eſt deſꝑatio future beatitudis. qꝛ
carnalis affectus ꝯcupiſcētie carnali ⁊ delectationi
finaliter immerſus ſibiipi male ꝯſcius. diffidit de fu-

tura gloria vel venia conſequēda. ⁊ hoc rōnabiliṫ. Cū eṁ ſpes ſit certa expectatō future beatitudinis ex meritis ꝓueniens. ille q̄ nullū meritū in ſeipm̄ cōſpicit. merito diffidit de gloria beata. Et hec octo damna tangit beatus Gregorius in libro moraliū.

¶ SECUNDA expoſitio reſpicit mechiā ſpiritualem que talis eſt. Nō mechaberis turpia cogitando. ⁊ in laſciuis delectatōib⁹ delectādo ſeu etiā ſenſib⁹ exteriorib⁹ abutēdo. Contra iſtud ꝑceptū faciunt multe ꝟgines infelices ⁊ etiā religioſi nimiū curioſi ⁊ voluptuoſi q̄ deo in caſtitate firmiter decernētes ſeruire dn̄i ⁊ ad hoc ſe voto ꝯtinētie obligātes. adhuc in laſciuis cogitatōib ⁊ carnalib⁹ ſpurcitijs delectānt. in quo caſu frequēter pctm̄ mortale incurritur Si eṁ quis moroſe in carnali delectatōe delectetur etiā ſi nūq̄ adeſſet volūtas talē turpitudinē ꝑficiendi in oꝑe adhuc ſm̄ Auguſtinū pctm̄ mortale incurrit Cui⁹ ratio eſt. q2 talis cogitatio turpis includit in ſe deformitatē pcti mortal' ideo cū voluntas ꝑ ꝯſenſuȝ ⁊ deliberatōeȝ rōis in talē actū interiorē inclinat ipm̄ acceptādo ⁊ in eo delectādo ꝯſtat ꝙ iclinat i obiectū deforme pcti mortalis ⁊ per ꝯn̄s talis inclinatō volūtatis in delectationē interiorem turpis act⁹ ē pctm̄ mortale. Sciēdū tn̄ ꝙ delecatio dr̄ moroſa nō ſm̄ morā l' diuturnitatē. ſed magis ex eo ꝙ rō deliberās circa eā imorat ipam tenēs ⁊ volēs nec eā repellit. q̄ tn̄ ſtati vt animū attigit repmi debuerat vt dicit Aug⁹. 12. d trinitate. Nec ſoluȝ in mechia ſpūali cauendū eſt ab immūdis cogitatōib⁹ ſȝ etiā ab illicito viſu odoratu ⁊ tactu. Qui eṁ i iſtis

ſenſibus coꝛrumpuntur virginali dignitate priuan
tur. ⁊ ideo virgines dici non poſſunt. Nam propter
reſtrictionem ſenſuum talium ab illicitis delectatio-
nibus ſaluatoꝛ omnes fideles virgines appellat. ꝙ
ſi ꝯtinenter viuant. pꝛopter honoꝛem dei ⁊ ſpem e-
terni pꝛemij dicuntur virgines pꝛudentes. Sed ille
que continenter viuunt pꝛopter laudem humanam
dicuntur virgines fatue. Et bene fatue quia premi-
um eterne ſalutis commutant in vanitatem laudis
humane Unde ſapientibꝫ virginibꝰ ad eterna gau
dia intromiſſis. fatuis dominus reſpondit. Amē di
co vobis neſcio vos. id eſt nihil in vobis inuenio di
gnum a ꝓpꝛobatione ⁊ eterna remuneratiōe Vn̄ ip-
ſis dr̄ illud Math. 25. Ite maledicti in ignem eter-
num Et qꝛ iſta mechia magis ꝓpꝛie habet locū in-
fra in nono pꝛecepto. vbi deus oēm ꝯcupiſcentiam
interioꝛē ꝓhibet. ideo nunc dicta de ip̄a ſufficiant
¶ TERTIA expoſitio reſpicit vxoꝛis legitti-
me deſertionē vel etiā receptōem q̄ talis eſt Non me
chaberis vxoꝛē ſcʒ ꝓpꝛiam dimittendo. vel ꝓpꝛiā di-
miſſam recipiendo Vn̄ ſcribit̄ Math. 5. Ois q̄ di-
miſerit vxoꝛem excepta cā fornicationis facit eā me
chari Qui aūt dimiſſam duxerit adulterat̄ Ut autē
plenius appareat qn̄ vxoꝛem dimittere vel eam rec-
pere ſit petm̄ ⁊ qn̄ non. notandū ꝙ vxoꝛē dimittere
poteſt eſſe dupliciter. vel in occulto vel in manifeſto
In occulto aūt q̇s dr̄ vxoꝛem dimittere q̄ ſibi debi-
tum non vult reddere nec exigere. ⁊ qui vxoꝛem ſic
dimiſerit aut ille ſcit aliq̇d impedimentū occultū cō
iugij aut nullū. Si nullū īpedimentū ſciat nec in ſe

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0103

nec in coniuge. ꝛ tñ non vult debitū reddere nec exi-
gere. talis peccat mortaliter Tū qꝛ tollit mulieri de-
bitū iuſticie ad qȯ tenetꝛ. tū etiā qꝛ ille vel illa prebet
viā adulterādi marito maxīe ſi ſciat eū lubricū. vel
ecōtra Si ꝟo ſciat īpedimentū ꝯiugij ꝓpter qȯ non
poſſit reddere debitū ſine pctō mortali. licet in facie
eccleſie hoc ꝓbari nō poſſit. talis poti⁹ dʒ excōicati-
onē ſuſtinere ꝙ̄ debitū reddere. Si ꝟo tale īpedimē-
tū pro certo neſciat ſʒ ꝓbabiliꝛ vel leuiꝛ credat. tunc
ꝑ prudentis ꝯfeſſoris ꝯſiliū dʒ talē crudelitatē teme-
rariā ꝛ leuē deponere. ac debitū reddere. ac etiā exi-
gere niſi ꝑus ante ꝯiugiū . alter ꝯiugū ſe voto ꝯtinē-
tie aſtrinxerit In hoc eni̅ caſu iuxta certiorem opini-
onem doctoꝝ. talis nūꝙ̄ pt petere debitū ſine pecca-
to mortali. Et ideo bene ſibi ꝓuideāt quāto ꝑiculo
ſe exponūt qui poſt votū ꝯtinentie emiſſum. matri-
moniū ꝯtrahūt In hoc etiā apparet ꝙ̄ ꝑiculoſe qui-
dam talibꝰ ꝯſulant qui poſt votū ꝯtinentie de ꝯtra-
hendo matrimoniū licentiant ſiue ꝯſilium ꝓſtāt qui
nō videnꝛ aliud facere. ꝙ̄ aīas occidere ꝛ eas dya-
bolo ꝯſtituere Si aūt dimiſſio vxoris fiat in mani-
feſto. hoc nō licet niſi autoritate eccleſie ꝛ ꝓpter for-
nicatōem tm̄. que tripliciter dꝛ. ¶ Uno mō proprie
puta adulteriū carnale. ¶ Alio modo ꝯmuniter. pu-
ta ipſa hereſis. ꝛ ꝓpter vtrūꝙ poteſt dimitti ꝯiunx
quantum ad cohabitationem ꝑpetuam ſed differen-
ter quia fornicatio carnis facta ſemel ſufficeret ad
diuortium. niſi alter coniugum fuerit ſimiliter forni-
catus. 32. q. 6. per totum. Et extra de adulterio . ca.
Intelleximus. ꝛ. ca. Tua Spiritualis aūt non ſuf-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0104

ficit abſolute niſi ꝯiunx ꝑſeueret in hereſi. extra de diuortijs ca. De illa. ⁊ ca. Quanto in textu ⁊ gloſa ¶ Tertio fornicatio dꝛ ꝯmuniſſime. ſ. q̄ꝺ libꝫ pctm̄ mortale. ⁊ tunc diſtingue. qꝛ aut pctm̄ vni⁹ ꝯiugꝭ eſt ſcandalum alterius. vt ſi nitaꝛ trahere alium ad mortale pctm̄. ⁊ ſic talis poteſt dimittere eū ad tp̄s. vicꝫ quouſqꝫ corrigaꝛ Aut pctm̄ vni⁹ nō eſt ſcandalū alteri⁹. nec nitiꝛ trahere eū ad mortale pctm̄. ⁊ ſic nō p̄t eū dimittere Hec ē ſnia Raymūdi ⁊ Guillermi Ut aūt ſciaꝛ qn̄ q̇s peccat ſi dimiſſam recipit. ⁊ qn̄ nō. ſciendū ꝙ crimē ꝯiugis aut eſt manifeſtum aut occultum Si occultū nō p̄t eam dimittere cū nō poteſt ꝓbare crimen impoſitum Aut eſt manifeſtuꝫ ⁊ tunc diſtingue Aut em̄ adultera ꝑſeuerat in malicia. ⁊ ſic teneꝛ dimittere eam Nam qui talem retinet vel qui demiſſam recipit. peccat mortaliter. qꝛ ſic videtur in crimen conſentire. vt habetur. 32. q. i. ca. i. ⁊ eſt Criſoſtom⁹ ſuꝑ Math. ca. 9. Sicut crudelis eſt ⁊ iniquus qui caſtam dimittit. ſic fatuus eſt ⁊ iniuſtus qui retinet meretricem Patronus etiaꝫ turpitudinis eſt q̇ celat crimē vxoris Aut nō ꝑſeuerat. ſed eſt ſpes de correctione. vel etiā eſt correcta. ⁊ ſic non tenetur eam dimittere. imo iuſte poteſt eam recipere Unde illud quod poſt diciꝛ Et qui dimiſſam duxerit adulteratur. ſolum intelligitur de illa receptiōe illius que non eſt correcta ſed ꝑmanet in malicia ſeu perſeuerat Aut etiam quando impedimentum interuenit. puta conſanguinitatis ⁊ huiuſmodi. Ex predictis patere poteſt qualiter de tranſgreſſione hui⁹ precepti eſt confitendum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0105

# Preceptum

Eptimum preceptū Non furtū facies Ubi
ſcdm Auguſtinum ꝓhibetur omnis ſubtra
ctio rei aliene proueniens ex cupiditate vel
iniuria Quod ideo dico. quia ſubtractio rei aliene
p̄t licite fieri tribus modis ¶ Primo qn̄ fit nō ex cu
piditate. ſed ex obediētia ſicut fecerūt filij iſrahel au
ferendo vaſa egyptioꝝ Exodi. 12. ¶ Scdo qn̄ fit
ex cautela vt ſi aliq̄s furet gladiū furioſi ne ſibi vel
alijs noceat ¶ Tertio qn̄ fit ex mera neceſſitate. vt
cū quis ad mortē eſuriēs panē furat. q2 in nccitate
extrema oīa ſunt cōia Et hoc p̄ceptū tripliciter ex-
ponitur ꝑut nocumentū qd̄ q̄s iniurioſe ꝓxio infert
in bonis ſuis tripliciter variat Nā illud nocumentū
vel infert ſuꝑioribꝫ vel inferioribꝫ vel equalibꝫ Et
ſm hoc prima expoſitio eſt Nō furtum facies tuis
ſcꝫ ſuperioribus Et contra iſtud p̄ceptum peccant
ſex genera hominū ¶ Primi ſunt qui ſuū plebanū
fraudant in oblatōibꝫ ⁊ decimis ſibi de iure debitis
Ubi notandum ꝙ integre dantes decimā a deo du
pliciter p̄miantur ¶ Primū eſt bonoꝝ tꝑalium aug
mentatio ¶ Scdm eſt ſanitatis aīe ⁊ corꝑis aſſe-
cutio. Et iſta duo euidentiſſime tanguntur. 16. q. i.
vbi dicitur. ꝙ ſi decimā dederis non ſolum abūdan
tiam fructuū recipies. ſed etiā ſanitatē corꝑis ⁊ aīe
ꝯſequeris. ecōtra ipas decimas nō ſoluentes tripli-
citer peccant. ¶ Primo quidez deū offendunt. ido
ſcribit. 16. q. i. Hec em̄ dei eſt iuſtiſſima conſuetudo
vt ſi decimam non dederis. tu ad decimam reuoce-
ris Dabis impio militi. qd̄ non vis dare ſacerdoti
Benefacere ſemper deus paratus eſt. ſed hominū

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0106

malicia prohibetur. ¶ Secundo quia res alienas
inuadunt. Nam decime tributa ſunt egentium ani-
marum. vt ſcribitur ibidem. ¶ Tertio q̄a ex mor-
te pauperum homicidiū incurrunt. quia quāti pau-
peres in locis illis vbi ipſe habitat illo non dante
decimas fame mortui fuerint. tantorum homicidio-
rum reus ante tribunal eterni iudicis apparebit q̄a
rem a domino pauperibus delegatam ſuis vſibus
reſeruant. Qui ergo ſibi aut premium comparare
aut peccatorum deſiderat indulgentiam promereri.
reddat decimam. Hec ibidem. ¶ Secundi ſunt
qui cenſum debitum furtiue ſubtrahunt ſuis domi-
nis. Tertij ſunt qui bona feodalia tanq̄ propria
detinent. vel feodum alicuius in alium dominū trā-
ſferunt. vel qui ipſum ſine ſcitu ⁊ voluntate veri do-
mini diminuunt. Quarti ſunt. ſerui ⁊ ancille qui
res dominorum ſuorum furtiue ſubtrahunt. ⁊ etiā
de rebus dominorum ſuorum eis inuitis elemoſinā
faciunt. Tales em̄ propter piam intentionem a pec-
cato mortali non excuſantur. ¶ Quinti ſunt vxo-
res que res virorum ſuorum furtiue ſubtrahunt ⁊
de ipſis contra voluntatem maritorum ſuorum ele-
moſinam faciunt quod fieri non debet. Unde ſcri-
bitur triceſimatertia queſtione quinta. Quod deo.
Et ſunt verba Auguſtini ad Ediciam. Nihil tu
de tua veſte. vel auro. vel argento. vel quacunq̄ pe-
cunia. vel rebus vllis ſine mariti arbitrio facere de-
buiſti. Fallit tamen in triplici caſu. ¶ Primo ſi
vxor ipſa ſit lucratiua vt notat Johannes treceſi-
matertia queſtione quinta. Quod deo. in gloſa

¶ Scd̄o ſi habuerit bona parafarnalia.i.iocalia ſi
bi data in deſponſatōe De talibꝫ em̄ bonis ſicut de
rebꝫ lucratis.mulieres pn̄t facere elemoſinā ſine licē
tia maritorum ¶ Tertio ſi faciant elemoſinā de re-
bus ſue diſpenſationi ꝯmiſſis. puta de pane. vino
ꝛ hmōi.ꝛ maxime qn̄ maritus eſt nimis durus in a
ctibꝫ pietatis.tunc em̄ mulier de talibꝫ rebꝫ p̄t facere
elemoſinā ꝓ ſalute viri.dum tn̄ illa ſic moderate fiāt
ꝙ egeſtatē ꝯiugibꝫ nō īducāt ¶ Sexti ſunt qui the
lonea ꝛ vectigalia dn̄is ſuis fraudulēter ſubtrahūt
qui omnes tenentur ad reſtitutiōem.dum tn̄ tres cō
ditiones habeant hmōi vectigalia ¶ Primo ꝙ im-
ponantur autoritate p̄ncipis. ¶ Scdo ꝙ ſubſit cā
rationabilis propter quam ſunt impoſita ſicut pro
pace fienda. vel pro via publica reparāda ¶ Ter-
tio ſi ſint moderata.quia ſic ſunt tolerāda. extra de
verborum ſignificatione Sup̱ quibuſdam. vbi di-
citur. Illa pedagia. guidagia.ꝛ ſalinaria ſcias eſſe
interdicta que non ſunt Imperatorum. vel regum-
vel Lateranenſis ꝯſilij largitiōe ꝯceſſa. vel antiqua
conſuetudine cuius non extat memoria ſint introdu-
cta.gloſa autem exponens predicta vocabula dicit
ꝙ pedagia dantur a tranſeuntibus in locis conſtitu-
tis a principe Guidagia dantur pro ducatu.Sali-
naria pro ſale.Omnia iſta dicuntur potitoria. Et
ſolus princeps poteſt hec conſtituere ꝛ nō ciuitas
Et quid ſi quis facit deportari bladum vel vinum
vel alias res ad vſum ſuum.i. vite ſue ꝛ familie ne
ceſſaria. Nunquid teneẛ dare pedagium pro his re
bus. Reſpondet Hoſtienſis,dicens ꝙ non etiam ſi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0108

ꝯſuetudo ſit in cōtrariū qꝛ irrōnabilis eſt ⁊ non te-
nēda. De talibꝫ eñi rebꝫ nullū dꝫ pedagiū exigi. q̇a
nō datur niſi de rebꝫ que cā negociationis ſeu merci-
monie vehunt͛ Nec p̄dicta ſt̄ dāda niſi cū negocia-
tionis cauſa alibi portant͛. C. de vectigalibꝫ. Hec
Ber. ⁊ Jo. Unde ad p̄dictoꝝ euidentiā eſt ſcien-
dū ꝙ q̇libet tenet͛ ſoluere decīas niſi ꝓbet ſe exēptū
⁊ niſi habeat illas in feudo ex antiq̊. extra de decīs
A nobis Cuiꝰ cām q̇dā aſſignant ex hoc ꝙ decime
ſunt debite a iure naturali Sꝫ Hugo de ſcō Victo-
re dt ꝙ nō ſt̄ de iure naturali. ſꝫ de iure diuino Qđ
ꝓbat qꝛ Jacob votū emiſit de dādo decīas. votū
aūt non eſt de eo ad quod quis tenetur iure natura-
li. Propterea greci non ſoluunt decimas. nec Pau-
lus q̇ ordinauit eoꝝ eccl̄ias p̄cepit eos ſoluere deci-
mas quare ⁊c̄. ſed dōm ꝙ p̄ceptū de ſolutione deci-
maꝝ partim erat naturale. qꝛ innititur rōni naturali
partim diuinū. ex diuina. ſ. inſtitutōne robur habēs
Nā ratio naturalis dictat vt his qui pro ſalute po-
puli totius diuino cultui miniſtrāt. ipſe populus ne-
ceſſaria miniſtret Decimatio aūt certe partis aut ꝙ
detur decima pars. aut decima decime. introducta
eſt ex inſtitutōe diuina. qꝛ dominus mandauit deci-
mam ꝓuentuum dari ſacerdotibꝫ ⁊ leuitis vt hono-
rabilius viuerent ⁊ in mentis quiete domino deſer-
uirent. ⁊ ſic erat iudiciale. qꝛ ꝑtinebat ad equalitatē
inter oēs inuicē ꝯſeruandā Nūc aūt decimatio deci-
me partis ſoluēda eſt autoritate eccleſie q̄ hoc inſti-
tuit ꝓpter quandā humanitatē vt ſcꝫ non minus po-
pulus noue legis miniſtris noui teſtamēti exhibeat

ꝗ populus veteris legis miniſtris veteris teſtamē-
ti exhibebat. pſertim cū miniſtri noui teſtamēti maio
ris ſint dignitatis ꝗ veteris Et ppl's noue legis ad
maiora obligetᷣ. ſm illud Math. 5. Niſi abundaue
rit iuſticia vr̄a pluſꝗ ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ nō intra
bitis. ⁊c. Sic ḡ ptz ꝙ ad ſolutiōem decimaꝝ hoīes
de iure tenenᷣ partim ex iure naturali. ⁊ ꝑtim ex in-
ſtitutione eccleſie. licet in quibuſdam terris loco de-
cimaꝝ denᷣ aliqui cenſus vel decimatiōes minime.
¶ SECUNDA expoſitio Non furtū facies. i.
nullū nocumentū inferioribꝫ te iniuſte inferes ⁊ ꝯtra
iſtud p̄ceptū peccant quīqꝫ genera hoīm. ¶ Primi
ſꝫ raptores q̄ aliena rapiūt. ⁊ illi peccato ꝑticipant
quinqꝫ genera hominū Nō em̄ ſolum ſunt raptores
qui aliena rapiunt. ſed etiam qui precipiunt vel ꝯſu
lunt. vel eos ſcienter in hoſpitio recipiunt ⁊ qui rap-
ta emunt. De q̇bꝫ infra plenius dicetur Agētes em̄
⁊ ꝯſentientes eadem pena plectendi ſunt ¶ Secū
di ſunt inuentores rerum. quia qui rem inuentā nō
reſtituit raptor iudicatur. prout legitur. 14. q. 5. Si
quid inueniſti ⁊ non reſtituiſti rapuiſti Sed de in-
uentione eſt diſtinguendum. Aut em̄ quis inuenit
theſaurū in loco ſacro vel non ſacro. Si in loco ſa-
cro. aut hoc eſt caſu fortuito. ⁊ ſic theſaurus eſt in-
uentoris. Aut ſtudioſe queſiuit. ⁊ ſic theſaurus eſt
eccleſie Si in loco non ſacro hoc eſt dupliciter quia
aut hoc inuenit in loco ꝓprio. aut alieno Si in loco
ꝓprio aut inuenit ip̄m arte magica. ⁊ ſic theſaurus
eſt fiſci. aut ſine arte magica. ⁊ ſic theſaurꝰ ē inuēto-
ris Si aūt ip̄m īuenit in loco alieno. aut hoc erat ca

ſu fortuito. aut actu ſtudioſo Si p̉mo mō ſic theſau
rus medi⁹ eſt inuentoris ꝛ medius dm̄ loci Si aūt
hoc fiebat ſtudioſa inq̇ſitōe tūc totus theſaurus eſt
dm̄ loci vt Inſtituta. De rerꝫ di. pag̃. Theſauros
. C. De theſau. L. vnica. li. 4. ꝑ vt notat Jo. ꝛ Ac
cur. Ad hoc āt ꝙ q̇ rē alienā īuenit euadat penā fur-
ti dꝫ publice ꝑnūciare. ꝙ ſi ille cui⁹ eſt res veniat. ꝛ
ſi certa iudicia expꝛeſſerit reddat Aliter multi nō dm̄
forte peterēt. Et ſi nō inuenerit cuius ſit. cū ꝯſilio ꝛ
autoritate ſui penitentiarij eū retinebit ſi paupꝫ eſt ꝛ
egens ꝛ oret ꝑ illo cui⁹ fuit Aliter eroget paupꝫibꝫ.
Qd̄ aūt dictū eſt de autoritate penitentiarij. gloſa.
Niſi ſupꝫioꝛ ſibi retinuerit diſpenſatōem de talibus.
¶ Tertij ſunt qui ꝑ tallias ꝛ idebitas exactōnes a
ſubditis bona extorquēt Ad cui⁹ euidentiā eſt ſcien
dum ꝙ ille cenſus qui ab initio rei fuerit impoſitus
ſine dolo ꝛ fraude. integraliter dari dꝫ Et ſi quis ex
hoc ſubtraxerit peccat mortaliter Sꝫ adhuc diſtin
guendum eſt. qꝛ aut hoc eſt certuꝫ ꝙ talis cenſus ꝛ
onus ab initio rei fuit īpoſit⁹ vel nō. ſi ſit certū. tunc
qualecūqꝫ onus ſit ſiue cenſus. tolerari dꝫ ꝛ dari. qꝛ
vnuſquiſqꝫ in re ſua onus p̄t īponere Si aūt cēſus
non ſit certus. vel ſi ſit certus. neſcit tn̄ vtrum licite
vel illicite fuerit inſtitutus. ſic peccant recipiētes. qꝛ
mala fide recipiunt ꝛ tenentur reſtituere vt patet ꝑ
Guillermum ꝛ Bernardū. extra de cenſibus. Sig
nificauit. Et etiam in gloſa ibidem dicitur ꝙ cen-
ſus non iuuatur tempoꝛe niſi pꝛobet cauſam pꝛop-
ter quam fuerit legitime inſtitutus Innocenti⁹ tn̄ dē
ꝑ licet ignoꝛetur cauſa cenſus. ſed tn̄ certum ſit ip̄m

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0111

ab antiquo debere ſolui reddi debet. extra de cenſi-
bus Quāto. Sciendū eſt ꝙ vltra debitum cenſum
nullus dn̄s pt̄ extorq̄re ſubditis ſine pctō. extra de
cenſibꝫ. ca. Cū apl's. pagra. Prohibemus ne ſubdi-
tos ſuos ⁊c̄. Et ſubdit ꝙ ſi manifeſta ⁊ rōnabilis cā
extiterit. cū charitate. moderatū ab eis valeant auxi-
liū poſtulare. Ex cauſis tn̄ rōnabilibꝫ poteſt petere
moderatū ſubſidiū dūmō hoc petat ſine minis vel
coactione directa vel indirecta Indirecte aūt cogit
dn̄s ſubditos: qn̄ eis iuſticiam denegat vel inſinua-
ri eis facit ꝙ vult ab eis tm̄ habere. ⁊ in tali caſu cū
pctō recipit ⁊ reſtituere tenet̄ illi a quo recepit. niſi il-
le a quo recepit eſſet ſeruus. cū em̄ illa res ſit dn̄i ſi-
cut ⁊ ipe ſeruus. tunc non tenet̄ ad reſtitutōem. licet
dn̄s peccet ſi nimis grauet ſeruos ſuos ¶ Prim⁹
caſus in quo vltra cenſum debitum licet dn̄o mode-
ratū ſubſidiū petere eſt. pro defenſione patrie. puta
cū patria ab hoſtibꝫ iniuſte inuaditur. tunc em̄ ſub-
diti non ſolū tenent̄ res ſuas impartiri. ſed etiā tenē-
tur ad hoc corpaliter laborare ¶ Scd̄s eſt ſi cap-
tus ſit in iuſto bello. ¶ Tertius eſt ſi iuſſu Princi-
pis vel Pape debeat ire contra hereticos vel paga-
nos. ¶ Quartus ſi debeat filiū militare vel filiam
deſponſare. In oībꝫ his ⁊ ſimilibus poteſt licite pe-
tere a ſubditis ſubſidiū moderatū. Sed ſi dn̄s vult
ludere ad aleas. vel in alijs vanitatibꝫ expēdere vl-
tra vires. propter tales cauſas non licet quicꝙ̄ exige-
re a ſubditis Et ſi exegerit. tenet̄ reſtituere ſm̄ Guil-
lermum. extra de conſuetudine in fine. ¶ Quarti
ſunt qui propter debita dominorum ſuorū ciues ⁊

ſubditos indebite impignorant qđ eſt rapina corā
deo q2 res pauperū indebite impignorant dimiſſis
rebꝫ principalibus dominoꝝ ſuoꝝ ¶ Quinti ſunt
qui mercedem alioꝝ iniuſte detinent ꝛ conſeruant
Unde ſciendū ꝙ iniuſte detinentes mercedē alienā
tripliciter peccant. ꝛ triplex malum incurrunt.
¶ Primū eſt. q2 irā dei grauiſſime ꝯtra ſe ꝓuocant
qđ ptꝫ q2 iſtud eſt vnū de pctis clamantibꝫ ꝛ in au-
ribꝫ dei clamorem diuine vltionis iugiter expoſcen-
tibꝫ Dicitur aūt pctm̄ clamare ad deū. q2 ſua enor-
mitate deū ꝓuocat ad vindictam. ꝛ talia pctā ſunt
quatuor Primū oppreſſio vidue. fratricidiū. detētio
mercedis paupis iniuſta. ꝛ vitiū ꝯtra naturā Cla-
mitat ad celū vox ſanguinis. ꝛ ſodomoꝝ Uox op-
preſſoꝝ. mercesqꝫ retenta laborum Scđm eſt quia
tales ſub ipſis influxum diuine pietatis obſtruunt.
quod patet ꝑ illud Prouerbioꝝ. 21. Qui aurem ſu-
am obturat ad clamorē pauperis. ipſe clamabit ꝛ nō
exaudietur ¶ Tertium eſt quia omne ſemen diui-
ne gratie areſcit in aīa ꝛ deſiccatur. quod patet per
hoc ꝙ ſemen diuinū cordibꝫ talium cadit ſupra pe-
trā quod eſt cor durum ꝛ aridum ab omni humore
gratie deſiccatum. ꝛ ideo tale ſemen oportet areſce-
re. cū nullo humore pietatꝭ ꝛ grē valeat humectari
¶ TERTIA expoſitio eſt Nō furtū facies ip-
ſis. ſ. eq̄hbꝫ in rebꝫ ſuis aliqđ nocumētum inferēdo
Et ꝯtra iſtud p̄ceptū peccāt nouem genera hoim.
¶ Primi ſunt vſurarij. ꝛ tales ſunt publici vel pri-
uati Nā publici vſurarij plectunt a iure quadrupli-
ci pena. ¶ Prima eſt ſententia excommunicationis

¶ Scḋa eſt priuatio cōionis. ¶ Tertia excluſio
oblationis ¶ Quarta ṗuatio ſepulture q2 nō debēt
in cimiterio ſepeliri .z q̇ ꝯtra fecerit ſuſpēſus manet
ab officio. donec ꝑ3 arbitriū epi ſatiſfecerit. extra de
vſuris. Quia in oib9 Si aūt ſunt vſurarij ṗuati. ſic
iteꝝ ꝯtra hoc p̄ceptū peccant quatuor genera hoim
¶ Primi ſunt qui preſtāt cū ꝯditiōe z pacto plus
recipiendi z iſti ſunt exp̄ſſe vſurarij etiā ꝑm iuditiu3
eccleſie ¶ Scḋi ſunt qui ſine pacto aliquo preſtāt.
eo tñ aio ꝙ vltra ſortem recipiant. alias non mutu-
arent. z iſti ſunt vſurarij quo ad deū ꝓpter intentio-
nem corruptā. quā etiā dehortaꝛ ſaluator Math. 6
vbi ḋr mutuū dātes nihil inde ſperātes Sz hic in-
cidit rōnabiliter duplex dubitatio ¶ Prima eſt cu3
lex diuina ꝓhibeat vt puniat tā manū ꝗ3 aium. q̄re
lex humana ꝓhibet ipam manū. q2 punit ſolū actū
z nō aim ¶ Scḋa eſt cū lex diuina ꝓhibeat oēm in-
equalitate3 quare lex humana ꝓhibet ſolū illā que ē
notabilis z magna. quia prohibet aliquem decipe
vltra medietatē iuſti p̄cij. Ad ṗmū ḋm ꝙ lex hūa-
na eſt quedam regula z menſura humanoꝝ actuū.
Menſura aūt debet eſſe vnigenea ſiue ꝯgrua men-
ſuratio. vt ſcribiꝛ. 4. Ethicoꝝ. Unde op3 ꝙ lex hu-
mana conformeꝛ ꝯditionibus hominum quib9 da-
tur ṗma. 2. q. 96. ar. 2. Cōſtat aūt ꝙ lex humana da-
tur multitudini hominum in qua magna ꝑs defi-
cit a ꝑfectione virtutis. z ideo lex humana non ꝓhi-
bet oia vicia ſicut lex diuina. q̄ ſolum daꝛ ꝑfectis z
virtuoſis. ſ3 ſolū ꝓhibet grauiora illa a q̇b9 eſt poſſi-
bile maiorem partem multitudinis abſtinere. z pre-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0114

cipue illa que ſunt in nocumentũ alioꝝ. ſine quoꝝ
ꝓhibitione non poſſet hũana ſocietas ꝯſeruari Si
cut ꝓhibitio furti. homicidij ⁊ hmõi. ⁊ hoc rõnabi
liter ꝯtingit. Nam lex humana gradatim ⁊ nõ ſubi-
to inducit hoies ad virtutem ⁊ ideo non ĩponit mul
titudini iꝑfectoꝝ vt ab oib' abſtineãt. alioqn imꝑfe
cti hmõi p̃cepta fere nõ valentes. in mala deteriora
laberent'. qḋ ſatis innuit xp̃s Math. 9. vbi dr̃ ꝙ ſi
vinũ nouum. i. p̃ceptum ꝑfecte vite mittat' in vtres
veteres. i. in hoies imꝑfectos. vtres corrũpũt'. ⁊ vi
num effunditur. i. p̃cepta ꝯtẽnuntur. ⁊ hoies ad ma
iora mala ꝓrumpũt Ad ſcḋm dicendũ ꝙ lex q̃libet
ꝯformat' ſuo fini Lex aũt diuina hꝫ ꝓ fine benepla
citũ diuine volũtatis Hũana ṽo lex hꝫ ꝓ fine ꝯmu
nicationis ſufficientiã Et ideo quandã paruã ine-
qualitatẽ ꝑmittit hoib' imperfectis. que non multũ
ab equalitate iuſticie excedit ⁊ que cõionez humane
ſocietatis non multũ impedit Lex aũt diuina quia
ſolũ intendit rectitudinẽ virtutis ⁊ iuſticie ideo pu-
nit ⁊ ꝓhibet omne illud quod ꝯtrariatur rectitudini
virtutis ⁊ iuſticie ¶ Scḋa rõ ad idem eſt quia lex
humana datur populo cõi in quo multi ſunt deficiẽ
tes a ꝑfectione virtutis. ⁊ ideo nõ ꝓhibet oẽm ineq̃
litatem in ꝯtractib' hũanis Lex aũt diuina intẽdit
rectitudinẽ virtutis ⁊ tm̃ datur virtuoſis ⁊ perfe-
ctis. ⁊ ideo ꝓhibet omne illud qḋ eſt ṽtuti ꝯtrarium
¶ Tertij ſunt q̇ mutuãt res ſuas ad certũ terminũ
quo venẽte nõ volũt p̃ſtare vlteriorẽ dilatiõem niſi
aliqḋ emolumentũ recipiãt licet exp̃ſſe nihil petant.
¶ Quarti ſunt q̇ vẽdũt res ſuas longe cari' ꝓpter

dſlationē ſolutōis. q̄z incōtinenti ſoluenti. Hec pa-
tent extra de vſuris ca. Conſuluit. ⁊ tenet̃ reſtituere
vt ibidē d̄r in gloſa Si em̄ venditoꝛ ſtatuat in coꝛ-
de ſuo ꝑ quāto velit rē ſuā dare. nō p̄t ꝓpter dilatio
nē ſine pctō p̄ciū augere Si em̄ pecunia parata in-
digeat . p̄t q̇dez ꝑ parata pecunia diminuere. ſed nō
p̄t ꝑ dilationē augere. vt p̄z extra de venditōe ⁊ em
ptione Cū dilecti. ⁊ ca. penul. Eſt em̄ regula gn̄al
ꝙ quicq̇d accedit ad capitale vſura eſt. vt p̄z. i. q. ȝ
Plerıq̧ Hoc tn̄ fallit in certis caſib⁹ infra ſcriptis
¶ Primo rōne fedeiuſſionis. vt qn̄ fideiuſſoꝛ ſol-
uit ſoꝛtem ⁊ vſurā quā dedit ille a quo mutauit. ca.
Qui ſoluit ꝑ illo. tūc em̄ p̄t vſuras petere. extra de
fideiuſſoꝛibus. ¶ Scd̄o rōne oblationis ⁊ ꝯſecra-
tionis. iȝ. q. ȝ. in legib⁹. vbi d̄r ꝙ qui rapit eccleſiaſti
cas oblationes. id eſt quod deo ꝯſecratum eſt. de-
bet reſtituere in quadruplum. vbi petitur pena non
vſura. ¶ Tertio, ratione dilationis. qn̄ quis eſt in
moꝛa ſoluendi Ad hoc p̄t agi vt reddat̃ indēnis. ff.
Socio ſociū. ¶ Quarto rōne locationis. vt qn̄ pe
titur aliquid ꝑ domo vel equo conducto. ⁊ qn̄ pecu
nia locat̃ ad pompā. qꝛ nō eſt tunc mutuū. ſed loca
tum. ff. Cū mobilia. ¶ Quinto rōne vēditionis vt
ſi vendo vſum pecunie. vbi gr̄a. Uolui emere mer-
ces ⁊ rogaſti me ceſſare vt mutuarē tibi pecuniaȝ. ⁊
ego reſpondeo tibi. nō mutuo. ſed vſum pecunie vē
do ita ꝙ tali die reddas mihi tantū quantū poſſem
lucrari. periculū aūt in me recipio. hoc non eſt vſu-
ra ſm̄ Ioh. ⁊ Hoſtieñ. Qui aūt ſimplicit̃ alicui mu
tuat pecuniā etiā ſi periculū in ſe recipiat. ſi aliquid

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0116

recipiat vltra ſortē. vſura eſt. extra de vſuris. Nauí
ganti. ¶ Sexto rōe ſocietatis. Licitū eſt em̄ ꝙ vnꝰ
preſtet pecuniā alteri ⁊ alter ſuppleat laborem. qꝛ ſi
pecunia deeſt ita tn̄ ꝙ ꝑiculū ⁊ lucrū ſpectet vtrūqꝫ
ff. Socio Lege. i. ¶ Septimo ratione incertitudí
nis ⁊ dubij. vt qui dat nouē ſolidos vt alio tempo
re ſibi totidē menſure ⁊ vini ⁊ olei reddatur lꝫ tunc
plus valeant q̄ꝫ decē ſolidi. tamen ſi dubiū eſt vtrū
tempore ſolutōis ſit plus vel minus valiture. nō eſt
vſurarius. Simili ratione ſcꝫ cauſa dubij excuſan
tur qui merces ſuas vendunt āplius q̄ꝫ valeāt tūc
vt in certo termino pecuniā recipiant ꝑ eiſdē. ſi tn̄ il
lo tempore contractꝰ non erat vēditurus eas. extra
de vſuris ca. vltimo. Similiter ſi vendo fructus vi
nee ad tempus vite alicuiꝰ. ⁊ emptoꝛ longe plꝰ re
cipiat. non eſt vſura propter incertitudinē. extra de
vſuris. Si ea. hec Hoſtieñ ⁊ Gaufridꝰ. lꝫ Guiller
mus contrariū ſentiat. Notandū tamē ꝙ eccleſia tā
tum deteſtaꝛ vſurariū voraginem ꝙ eū reſtrinxit oī
modo quo potuit. quod pꝫ. tū qꝛ publicū vſurariū
q̄druplici pena ꝑcellit. tū qꝛ ꝯtra ipſarū ſolutioneꝫ
multiplex remediū adhibuit. quod patet. qꝛ ſi aliq̇s
ꝑmiſiſſit vſuras ſoluere nō debet cogi ad ſoluendū
qꝛ vſure ſunt indebite. extra de vſuris. Debitores
Si autē aliquis iurauerit eas ſoluere habet duo re
media ſḿ iura. Quoꝛuꝫ ṗmum eſt ꝙ faciat cogi cre
ditorem ꝙ relaxet iuramentum. vel ꝙ deſiſtat ab ac
tione. ff. de iureiurando. ca. i. Tales. Secunduꝫ re
medium eſt ꝙ poſt ſolutionem vſure poteſt eas re
petere. ſi aūt iurauerit ſoluere ⁊ non repetere. Tunc

ſterū habet duo remedia. ¶ Primū eſt ꝙ p̄t iudici
denūciare. ⁊ iudex ex officio ſuo p̄t illum cogere ad
reſtituendum ¶ Scd̄m eſt ꝙ p̄t illū exagere ad re-
laxandū iuramentū. extra de iureiurando Ad nr̄aꝫ
Si aūt iurauit ſoluere nec repetere nec denunciare
ſic eſt illicitū iuramentū. nec obligat ad ſeruādū. ex-
tra de cognatōe ſpūali A nobis Dico ꝙ nō repeteret
directe ꝓpter vim iuramēti ſꝫ idirecte bn̄ repeteret. ſcꝫ
denūciādo eccleſie crimē illꝰ vt ſic ꝯpellatᷣ ad peni-
tentiā q̄ntū p̄t agere reſtituat. Si aūt iurauit ꝙ non
denūciaret. nō eſſet in hac ꝑte iuramentū cū ſit illici-
tū. vtputa ꝯtra ſalutē ꝓximi. ⁊ ꝑ ꝯn̄s ꝯtra p̄ceptum
de proximo diligendo Unde non obſtante iuramē-
to p̄t ꝓcedere in hunc modum denūciationis. ⁊ ita
occurreretᷣ fraudibꝫ vſurarioꝝ. extra. e. Tuas Du-
dum ¶ Scd̄i ſunt ſacrilegi qui rem ſacram furan-
tur ſiue auferūt de loco ſacro. ſiue de loco nō ſacro.
vt pꝫ. 17. q. 4. Quiſquis Et tale furtū dr̄ ꝓprie ſa-
crilegū Qd̄ etiā ꝯmittitᷣ cū quis facit iniuriā clericis
vel ꝑſonis eccleſiaſticis. cos. ſ. detinēdo vel res ip-
ſoꝝ auferēdo. Tales em̄ ſacrilegi ſunt excōicati ip-
ſo facto ⁊ priuati ſacramentoꝝ ꝑceptiōe. 17. q. 4.
¶ Tertij ſunt qui nocumentum inferūt reipublice
puta monetas falſificantes in pondere vel labore.
vel cōem exactōem diminute ꝑſoluendo. vel etiā ar-
gentū ſemiplene depurando Et generaliter oēs qui
in ſuis mercancijs pondus ⁊ menſuras falſificant
dicuntur fures reipublice. ff. de fal. emptione. Lege
prima Et tales fures exuruntᷣ in aqua bulliente. ff.
de falſarijs monetaꝝ. Lege. 2. nec talis moneta re-

pꝛoba liberat ſoluentē.ff.de pignoꝛibus Lege Ele
ganter. ꝛ iſtud pctm̄ repꝛobaṫ Pꝛouerbioꝛum.20.
Pondus ꝛ pondus.menſura ꝛ menſura. vtrūq₃ ē
abominatio apud deum ¶ Quarti ſtꝫ qui vendūt
venenū moꝛtiferū vel gladios intoxicatos.ſeu taxil
los falſos.qui etiā dicuntur fures reipublice.ꝛ ta-
les ſunt rei oīm ſcelerꝝ q̄ ꝑ emptores ꝑpetranṫ occa
ſione illaꝝ reꝝ Et hoc potiſſime tenendū eſt qn̄ ta-
lia vendunṫ intenſiōe ꝑuerſa Et de talibꝫ rebꝫ q̄ nō
poſſunt cē vtiles ad humanū vſum vt venena moꝛ
tifera ꝛ hmōi.Quecūq₃ aūt res que ad debitū vſū
humanum poſſunt ꝓuenire.puta baliſte ꝛ arma in
iuſto bello.talia licite vendi poſſunt. q̄ tn̄ vendi nō
deberent ei de quo ꝓbabiliter poſſet cognoſci ꝙ ta-
libꝫ vellet abuti. ¶ Quinti ſunt qui plura bn̄ficia
curata ſimul tenent ꝛ ſe nō faciunt ſtatuto tempoꝛe
ad oꝛdines ꝓmoueri tales em̄ fures reipublice di-
cūtur.non ſolū qꝛ furātur ꝛ male ſibi vſurpant bo-
na illa que ſtꝫ ꝓ bono cōi fidelium deputata verum
etiā qꝛ deo furanṫ aīas fideliū qꝛ eas decipiūt. ꝛ in
abſolutionibꝫ ſacramentalibꝫ deludunt Quod veꝝ
eſt ſi ſint ꝑ epm̄ moniti vt talibꝫ beneficijs cedant.
vel ſi ſint per epiſcopum pꝛiuati. Sed q̄₃ diu ipi epī
tales patiuntur.tunc ſubditi ꝑ ipſos animaꝛum ꝑi-
culum non incurrunt Hec pꝛobantur extra de ele-
ctione ca. Cum in cunctis. ꝛ capitulo Dudum. ꝛ
extra de pꝛebendis capi. De multa. ¶ Sexti ſunt
qui furanṫ pecoꝛa hominum.quod furtum dꝛ pe-
coꝛū abigeatus.vel qui ſciēter vendūt pecoꝛa moꝛ
boſa. De quo nota ꝙ non tm̄ qui furantur pecoꝛa

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-11920154153-1665077433-15/fragment/page=0119

ſed etiã q̇ ſcienter vendit pecora morboſa ḋr fur ⁊
ſic teneť ad intereſſe ad intra rē ⁊ extra rē Q̄ ḋ vt ple
nius itelligať ſciendū ꝙ id ḋr intereē intra rē vt ſi ip
ſum aial perit. ſꝫ extra rē. vt ſi alia pecora ꝑimit de
ↄtagiōe morboſi pecoris. vt notat Hoſtieñ. Si aũt
pecus morboſum vēdat q̇s ignorāter. tūc teneť em-
ptori q̄nto minoris empturus erat. ff. de actiōe em-
pti Julian⁹ Venditor em̄ cuiuſlibet aialis dꝫ pre-
ſtare aial ſanū potēs cōedere ⁊ bibere ca. de emptis
one ⁊ vēditiōe. Lege Emptor. ¶ Septimi ſtꝫ arti-
fices qui oꝑa ſua fraudulēter faciūt. vel q̇ in diuer-
mercimonijs hoīes decipiūt malū ꝓ bono vēdētes
ↄtra quos ꝓpheta inuehit dicens ita Ve q̇ dicitis
bonū malū. ⁊ malū bonū Tales raro dormiunt niſi
ſi ad minus ſepties in die ꝓximū deceperint De q̇-
bus ſcribiť Prouerb. 4. Panē ipietatis comedūt ⁊
ſomnus nō capiť ab eis niſi ſupplātauerint ¶ Oc-
taui ſunt q̇ mala fide faciūt hoīem incurrere dānuꝫ
ſicut q̇ incitāt alios ad ludū alee. ⁊ hmōi. Ad cuius
euidentiā tria ſunt ꝑ ordinem declarāda ¶ Primū
eſt quantū pc̄tm̄ ſit lud⁹ aleaꝝ ⁊ taxilloꝝ ¶ Scḋꝫ
eſt q̇d ſit iuris de eo qḋ ꝑdiť in alea. puta qñ ⁊ q̇bꝰ
ꝑſonis ſit reddēda pecunia q̄ in ludo ꝑdiť. ⁊ qñ nō.
¶ Tertiū eſt qualiter ⁊ quando tales ludi poſſunt
eſſe liciti ⁊ fieri ſine peccato mortali. ¶ Propter
primū ſciendum eſt ꝙ quantitas peccati in talibus
poteſt cognoſci ex nouem circumſtantijs quarum q̄-
libet eſt peccatum mortale quas enumerat Hoſti-
